An. κγ'. v. 3. ἁ βάρβιτος C. P. et Steph., quod in hoc optimo odario mutandum esse censui, vid. Iacobs. ad Anth. Pal. p. 221. — v. 6. ἤμειφα ἅπασαν sc. ut in hac mutata lyra heroica rursus tentarem, quod Graeteri causa moneo. —

An. κδ'. Nicetas Eug. imit. l. V, 145.—155. — v. 1. De κέρατα citatis in ed. mai. locis add. Soph. Trachin. 516. Herm. et Neue ad Bacchyl. fragm. XLIV. — v. 8. Hesquinium, qui interrogative hunc versum accepit, sequitur in nota sua Gumaelius. — Graeterus aut versum sextum propter inf. πέτασθαι, aut septimum propter φρόνημα spurium censet, et tres strophas quaternis verss. facit. — v. 9. Ex Iacobsii sententia scripsit Moebius h. v. ita: τί οὖν; δίδωσι κάλλος, quod valde probo et receptum a me vellem. —

An. κδ' †. Hoc fragm., quod ex od. ιϛ' imitando expressum est, superiori sine ullo discrimine adiunctum in C. P. — v. 3. et 4. sunt vss. 5. et 6. in C. P. et Steph. — v. 6. ἑτεροκνόους C. P.

ἑτεροκνόοις ἐπαύλοις Steph. voc. ἔναυλος sonans illustrat Iacobs. ad Philostr. p. 10, 11. et p. 7, 7., ubi similiter oculis obiecta quae auribus percipi debent. Quod nominativus non cohaeret, Barnes. accusativum, Brunck. genitivum (Βάκχου) substituerunt, ego lacunae signa apposui. — v. 7. Fortasse scrib. ἂν δύνηται ut od. ιϛ', 8., quod odarium ob oculos habuit hic poëta. —

An. κε'. χελιδών: Ultimae syllabae superscr. ο in C. P. cf. ad od. θ', 2. — v. 18. 19. Vulgo σθένω: Hesych. στέγει, βαστάζει, ὑπομένει. Vitium quaesiverunt in v. ἐκβοῆσαι, quod mutarunt alii aliter. Defendit vulgatam Fischerus, quem oppugnavi in ed. mai. Tamen easdem rationes rursus Moebius obmovit. Graece dici potuisse ἐκβοᾶν τινα non negavi, sed aptam, vel ullo modo tolerabilem sententiam hanc esse: *Was soll ich machen? ich kann sie ia nicht herausschreien*, id adhuc graviter et constanter nego; neque Iacobsium, elegantissimi iudicii virum, aliter iudicare posse puto, quanquam in Moebii editione verbum *excantare* comparari iussit. Quin etiam Nicetas hic aliud quid legisse videtur, qui haec reddidit:

Ἐρωτιδεῖς γὰρ οὐ τοσούτους ἰσχύει
ἀεὶ τοκεύειν, ζωπυρεῖν, φέρειν, τρέφειν.

Unde sexcenta coniicere posses, praesertim si ἐρωτιδεῖς scriberes. Sed huic homini in talibus nulla fides. Eodem in codice i. e. in Anth. Pal. VI, 93. ἔστεγον in ἔσθενον corruptum, quod Salmasius bene correxit; neque enim facilior est coniectura quam Iacobs. proposuit. — Quatuor strophis constare hoc carmen, quarum tertiae unus versus desit, vidit etiam Graeterus. —

An. κϛ'. v. 7. βαλών με Steph., quod recepp. fere ceteri omnes praeter Boissonadium et Moeb. in ed. noviss. —

An. κϛ' †. v. 1. Brunck. scr. ἐπ' ἰσχίοις. — v. 8. ψυχῆς χάραγμα, quod non mirum ἄκρος ἐπεὶ ψυχῆς ἐστι μάγειρος Ἔρως Meleager ep. IV. Iacobsius apud Moebium: „Platonicum est commentum, amorem et cupiditates vestigia animae impressa relinquere, Gorg. p. 524, E. Vid. imprimis Wyttenb. ad Plut. de S. N. Vind. p. 110. et quae collegimus in Anim. ad Anth. VI, 1. p. 70. et III, 1. p. 144." — Hoc odarium superiori sine ullo discrimine adiungit C. P. In Steph. ultimum est omnium odariorum qui adscripsit: Suspicor νόθον esse hoc odarium. Et hoc quidem Parthi memorati satis declarant. —

An. κζ'. v. 6. Herm. coni. μέλιτι γλυκεῖ βαλοῦσα, quae triplex mutatio recipi non poterat, praesertim quum nescias quid poëta ad Homerica ὑπὸ λιπαροῖσιν, δὲ λίπ' ἐλαίῳ etc. sibi permiserit. Moebius nuper coniecit: μέλιτος γλύκος; ferri certe posset μέλιτος χλωροῦ λαβοῦσα. Ceterum comp. γλυκίπικρον βέλος Amoris Meleagri epigram. 76. — v. 10. Boissonadius scr. εὐτέλιξ. — v. 13. sqq. Horum sensum expl. Bentl. vid. ed. mai. et

l s. ad Anth. III, 1. p. 289. Graeter. reiectis vss. 2. et 7. tres st as quinis verss. fecit. —

v. κζ' †. Quattuor primos versus expressit Nic. Eug. L. V, — 144., ita ut a reliquis decem hi seiungendi videantur. In omnia sine titulo superiori odario adiuncta. Graeter. post rtum versum lacunae signis positis tres strophas descripsit nis vss. —

κη'. v. 3. μόλυβδον Steph. cum cett. editt. praeter Bois dium et Moebium ed. noviss. De h. v. disputavi in ed. mai. . Lehmannum ad Luciani Char. p. 447., qui pariter in L num atque nuper in Thucydidem Poppo μόλιβδος recepit. — v. τί θέλει τὸ δ' ὄναρ εἶναι C. P. τί θέλει ὄναρ τόδ' εἶναι Step quod rec. Boissonad. — v. 9. διολισθένειν μὲν ἄλλοις C. P. διο θανεῖν μὲν ἄλλοις Steph., unde Brunck. et alii διολισθανεῖν ἐν οις, melius Fisch. μὲν ἄλλους. Διολισθένειν pro διολισθαίνε praebebant codices etiam in Luc. Char. p. 835. In Xen. A b. III, 5, 11. barbarum illud ὀλισθανεῖν, quod Boisson. h. l. a uc retinuit, Porsonus correxit. — v. 10. ἐνὶ τῷδε C. P. et ph., quod ex Pauwii sententia emendavi, comp. var. lect. mosth. Olynth. I. p. 12, 3. Bekk. Sensum declaravi in ed. i., sed quod μόλιβδον affinxit amori, id nunc rectius de firmiter aerente illo accipiam, ut Paull. Silent. epigr. 20. de amore:

ἐξότε γάρ μοι
λὰξ ἐπιβὰς στέρνοις πικρὸν ἔπηξε πόδα,
ἀστεμφὴς ἀδόνητος ἐνέζεται, οὐδὲ μετέστη
εἰς ἐμὲ συζυγίην κειράμενος πτερύγων,

i Iacobs. aptum locum ex Plutarcho attulit. —

An κθ'. v. 2. χαλεπὸς ἔρως βαδίζων C. P. χαλεπῶς ἔρ. β. teph., quod defenderunt alii aliter, vid. ed. mai., et nuper Moeus narratiuncula quadam, cuius in graecis verbis ne vestigium uidem. Sed optime Brunck. restituit ῥαπίζων, de quo verbo id. Lobeck. ad Phryn. p. 175. sq. schol. ad od. ζ', 59. et Anecd. ekk. p. 1287. recepitque Boisson. — v. 3. ἐκέλευσε Steph. — . 6. τροχάοντα contra tralaticium praeceptum; vid. Lobeck. ad hryn. p. 580. sqq. et confer Posidippum Anal. II, 49, 13. — εἶρεν C. P. Steph. ὕδρος Steph. — v. 9. μέτωπα σείων ἀπαῖς πτεροῖσιν paullo insolentius dictum pro τὰ ἀπαλὰ πτερὰ ίων εἰς τὰ ἐμοῦ μέτωπα. Brunck. maluit σαίνων. Pro σαίνειν ίειν positum Aesop. fab. n. 278. Schneid. — Fortasse excidit ersus post sextum aut octavum, ut quattuor strophae ternis vss. erint. Graeter. temere reiecit vv. 7. et 8. Boisson. omnia ita ut go exhibuerat. —

An. λ'. v. 1. τερίναις C. P. τεριναῖς Steph. vid. ad Od. νγ', 2. — . 3. στορέσας intransitive ut Hom. Od. τ', 598. — v. 12. καίειν

C. P. — v. 16. Pro Brunckii coniectura *πρὶν ἐκεῖσε δεῖ μ' ἀπελθεῖν*, quam in ed. mai. receperam, nunc C. P. et Steph. lectionem reposui, minus quod veram hanc putem, quam quod multa alia hic eodem iure reponi posse intellexi hac sententia: *πρὶν χρεὼν ἐκεῖ μ' ἀπελθεῖν*. Ac Peerlkampii quidem opinionem *ἔρως* cupiditatem interpretantis perstrinxi iam in ed. mai. Amoris autem compellationem rursus defendunt Gumaelius et Moebius et, quod magis me advertit, Iacobsius, qui cit. Buttm. über das Geschichtl. und die Anspielungen bei Horaz p. 3. —

An. λα'. v. 1. *ποθ' ὥραις* Steph. *ποτ'* Spal. Levesquius nihil monet, sed propter ceterorum locorum consensum *ε'*, 1. *η'*, 10. *ιβ'*, 14. *μγ'*, 18. *ξη'*, 10. Spaletio obsequendum esse putavi; de *μεσονύκτιος* cf. Lob. Phryn. p. 53. — v. 2. *στρεφέτην* C. P. — v. 9. *σκίζεις* C. P. *σχίσεις* Steph., quod plerique recpp. At quomodo *σχίσεις ὀνείρους* dicere poterat, quos ille iam *ἔσχισε*? Itaque Barnesius voluit *σχίσας*, Fisch. autem, Degen., Rammler. interrogative illud *σχίσεις* accipiunt, quos sequutus eram in ed. mai., sed ne hoc quidem satis aptum. Quum igitur metrum huius syllabae productionem certe ferat, id quod sensus postulat cum C. P. reposui. Ceterum ea accentuum ratio, quam Hermannus sequi solet, requirit *κάτα* et infra v. 15. et 29. *ἄνα* retracto accentu. — v. 11. *μὴ φόβησαι* contra tralaticium praeceptum pro *μὴ φοβήσῃ*. Spal. habet *φοβῆσαι*. — v. 17. Steph. voluit

ξ τε ς

φέρον δὲ. — v. 19. sq. *καθίσας παλάμας καὶ χεῖρ* C. P. *καθίσας* Steph., unde coniicio: *καθῖσα* (melius quam in ed. mai. *καθῖξα*) *παλάμαις τε χεῖρας αὐτοῦ ἀνέθαλπον*, et revera ita scr. Boisson., praeterquam quod *καθίξας*, tum quidem intolerabile, retinuit.

μεν

Sequutus tamen est Moebius — v. 24. *πειράσωμαι* C. P. *ἐστί μοι* C. P. et Steph. *ἔστι* Spal. Hinc post Baxterum Brunckius et alii multi scripserunt *ἔς τί*, de qua formula vid. ed. mai. et add. Soph. Oed. Col. 524. Cuius significatio quum ab hoc loco aliena sit, Stephani coniecturam recepi cum Barnesio et Peerlkampio, quae Gumaelio quoque et Iacobsio praeplacet. Eodem modo *εἴ τι* in *ἐστὶ* corruptum erat supra Od. *ιδ'*, 6. — v. 30. De interpunctione huius loci agit Buttm. Gr. uber. p. 71. sq. in not. marg. De particula *δὲ* post vocativum vid. Boeckh. ad Pind. nott. critt. p. 427. et expl. p. 108. Pors. ad Or. 614. Herm. ad S. El. 147. cf. od. *ι'*, 14. —

υλαι

An. λβ'. v. 2. *ὅτι* Steph. — v. 7. *κοπόσα* et *ωραι* C. P., unde *ὗλαι* vitiose scripsit Brunck. aliique multi; ac recte monet Moebius *ὗλαι* propterea praestare, quod agris sylvae opponantur. — v. 8. *φιλία γεωργῶν* C. P. et Steph., quod emendavit Herm.

El. metr. p. 483. „Minus elegans esset φίλτατος γεωργῶν. Alii scripserunt vitiose cum Brunckio φίλιος γεωργῶν. — v. 15. εὖ σε τηρεῖ C. P. — v. 16. φίλυπνε C. P., quod miror Boissonadium revocasse. — Graeterus reiectis vss. 9. et 16. quattuor strophas fecit quaternis vss. —

An. λγ'. Expressum hoc od. apud Theocrit. Id. ιθ' et Nicet. Eug. IV, 311. — 323. — v. 4. τὸν δάκτυλον δὲ δαχθεὶς τᾶς χειρὸς Steph. Brunck. scr. κατάξας τὰς χεῖρας. Boisson. puncto post ἐτρώθη posito: τὸν δ. καταχθεὶς τᾶς χειρὸς, quod valde languidum. Verbum κατάσσειν non de apis ictu accipi debere et ipse sensus et imitatores probant, quorum prior: ὃδ' ἄλγεε καὶ χέρ' ἐφύση καὶ τὰν γᾶν ἐπάταξε καὶ ἅλατο etc. alter: καὶ στυφελιχθεὶς ἐπτερύξατο τρέχων etc. Itaque καταχθεὶς vim medii habet, accipiendum ut in κλαίεσθαι πάθη et similibus. τὰς χεῖρας in C. P legi testatur Spal. et Dorvil., Levesq. autem hoc neglexisse videtur. — v. 14. πονεῖ active, ut Iulian. Epigr. VII. πεπονηκότα δίκτυα. Graeterus quinto versu omisso, et post v. 12. lacunae signis positis, quattuor strophas quaternis vss. fecit. —

An. λδ'. v. 1. εἴγε valet *dummodo*, ut saepe: Soph. Oed. R. 571., 583., 586. Hom. Od. ε', 206. etc. Hermannus voluit εἰ δὲ, ita ut interierit carminis initium. — v. 2. παρῆγε Steph. βροτοῖς (θνητ) C. P., unde fortasse scr. βροτοῖς παρεῖχε. — v. 4. ἵν' ἀσθενεῖν ἐπέλῃ C. P. θανεῖν ἐπέλθῃ sc. ἐμοί: Herodot. VI, 107: καί οἱ ταῦτα διεπόντι ἐπῆλθε πταρεῖν τε καὶ βῆξαι. Recentt. editores post Brunckium, excepto Boissonadio et Moebio in ed. noviss., Medenbachii coniecturam posuerunt Θάνατος ἐπέλθῃ, sed facile hoc ipsum substantivum ad sequentem versum ex infinitivo isto intelligas. — v. 6. εἰ δ' οὖν μὴ τὸ πρίασθαι C. P., quod Boisson. revocavit, quem sequutus est Moebius. εἰ δ' οὐδὲ τὸ πρίασθαι Steph. Aliena hoc loco particula οὖν, quum simplex oppositio requiratur, neque iteratum articulum venusto poëtae imputabis: itaque Brunckii emendationem recepi. De εἰ οὖ vid. infra ad adesp. α', 37. — v. 11. Hunc versum et ridicula hyperbole et stropharum ratio suspectum reddit, omisitque Graeterus. — v. 15. Hos versus aliunde additos videri monuit iam Hermannus in El. metr. p. 484. Ac fuit interpolator ex eorum numero, qui ancipites vocales ad libitum producebant aut corripiebant; vid. ed. mai. p. 32. Hinc τὰν posuit, quod τὴν metrum perdidisset. Scaliger coniecit ἐν δ' ἀγλααῖσι κοίταις τελεῖν τιν' Ἀφροδίταν, Brunckius ἁπαλαῖσιν ἐν δὲ κοίταις etc. —

An. λς'. v. 3. Barnesius voluit γεγανωμένος, cf. infra μη', 12. γανώσας. Γάνυμαι literam υ videtur ancipitem habuisse apud seriores; hinc γάνυσμα apud Paull. Sil. 74, 6. Contra γανύματα Anecd. Bekkeri p. 230., unde Hesychii γανύρματα corrigendum.

— v. 5. *τανύειν* media producta contra *λα'*, 27. propterea etiam maxime offendit, quod neque primam longam habet, ut *μηνύω*, *κωλύω*, etc., neque dissyllabum est, vid. Passov. in tab. prosod. V. et reg. pros. Herm. p. 432. — v. 11. *ἐθέλοντι δὲ* C. P. *ἐθέλοντα δὲ* Steph. — v. 12. *ὕπνον μοι* C. P. Distribui carmen nunc aliter quam in ed. mai. ita ut epodum habeat, quam Graeterus quidem plane abiecit; cf. od. *α'*. —

An. *λς'*. De vitiosa prosodia huius odarii vid. Praef. — v. 1. Depravatum *λιαρὸν π.* C. P. revocavit Boisson. — v. 4. *ὅλας* pro *πάσας* sequioribus frequens, vid. Brunck. et Iacobs. ad Sophronii Ep. 2. Analect. III. p. 126. — v. 11. *πῶμα* C. P. *πόμα* Steph. — v. 14. *ἀνεμοτρόπῳ* (φ) C. P. — v. 15. *πόμα* C. P. et Steph. — v. 16. *τὰς δὲ φροντίδας* C. P. et Steph., quod retinuit Boisson., emendavit Herm. cfr. var. lect. ad od. *ις'*, 4, 5. — v. 17. *τὸ* inseruit Fabri filia. — v. 18. *ὀδυρώμενος* C. P. *ὀδυρωμένῳ* Steph., quod emendavit Aem. Portus. Graeterus reiectis vss. 9., 10. et 23., quattuor strophas fecit senis vss. —

An. *λζ'*. v. 1. *τερπνὸς* passive, quod rarissimum. — v. 8. *γέρων δ' ὅταν χορεύῃ* Steph., quem sequuti sunt omnes. —

An. *λη'*. Huius et sequentis odarii auctor veterem prosodiam prorsus neglexit: numerandae sunt octo syllabae. —

An. *λθ'*. v. 1. *τί* C. P. et Steph. — v. 5. *εἰδεῖν* B. P. — v. 7. *κατέχων* C. P. et Steph. —

An. *μ'*. v. 3. *δ' ὅτ' ἂν* C. P. *δ' ὅταν* Steph. — v. 9. Post hunc versum sequitur hic: *φθόνον οὐκ οἶδα δαϊκτὸν* in C. P. et Steph. Alterutrum spurium esse et verborum similitudo verisimile reddit et stropharum ratio arguit. Ac posteriorem prioris, non priorem posterioris, variam lectionem esse, quum per se iam consentaneum, tum probat etiam forma *δαϊκτὸν*, quam active usurpari non posse in ed. mai. demonstravi. Nihil horum credit Moebius, qui coni.: *οὐκ οἶδ' ἀδάϊκτον*, quod in hoc verb. nexu frigidissimum. — v. 11. *ἔφευγε βέλεμνα κοῦφα* C. P. *κοῦφα* et Steph. *κωφὰ* debetur Valckenario ad Amm. p. 133. recepitque Brunck. *κοῦφα* revocavit Boisson. — v. 14. *νεοθηλαῖσιν* C. P. et Steph., quod alii aliter mutarunt. — v. 16. De plurali hoc cf. od. *ιβ'*, 19. sq. et Pors. ad Hecub. praef. p. XXXVIII. —

An. *μα'*. In hoc odario vss. 1. 3. 5. 8. 9. puri sunt ionici. — v. 3. Alii scripserunt *μεθίωμεν*, quo non opus. — v. 5. *κατὰ κισσοῖσι* C. P. et Steph. *κισσὸς* non bene pro adiectivo poni posse docui in ed. mai., ubi locis ex Homero et Hesiodo allatis adde Lesbonact. de figuris post Ammon. Valcken. p. 182. *κατάκισσος* formatum est ut *κατάχαλκος* Iph. Taur. 1213., ubi vid. Seidlerum. — v. 9. *ἁβροχαῖται δ' ἅμα κοῦροι* C. P. — v. 10. *ἀθύρειν*

C. P., unde ἀθύρει Boisson. — v. 11. προχέειν C. P., unde προχέειν revocavit Boissonadius, structura duriuscula. Sequitur Moebius ducem suum. — Constare videtur hoc carmen quattuor strophis quaternis vss., ita ut ultimus quisque verbum primarium totius strophae habeat. Quod si verum, prima caret, ultima abundat uno versu. Graeterus ad ea odaria hoc refert, „quae pictoria potius quam lyrica dixeris, itaque strophis facile careant." —

An. μβ'. v. 2. τῷ Διονύσῳ C. P. — v. 6. Non male Boisson. edidit ῥόδον, ὦ φ. ἄ. indirecta exclamatione, quem seq. Moeb. Brunck. aliique multi recepp. Lennepii coniecturam: τὸ ῥόδον φέριστον ἄ. — v. 7. ἔαρος C. P. et Steph. — v. 8. Hunc versum, quem Hermannus ex alio carmine fortasse adiectum censuit, et propter pluralem ῥόδα suspectum et stropharum rationi non congruentem uncis inclusi, eiecitque Graeterus. — v. 9. ὁ παῖς C. P. ῥόδα παῖς ὁ τῆς Κυθήρης Steph., unde Lennepius coniecit ῥόδα τοῖς ὁ παῖς Κυθήρης, quem seq. Brunckius all.; sed τοῖς pro οἷς ab his carminibus alienum: itaque Hermanni lenissimam emendationem recepi. — v. 10. καλοῖς ἰούλοις C. P. et Steph., quod Lennepius emendavit. — v. 12. στέψον οὖν με καὶ λυρίζω C. P. eadem Steph., sed λυρίσω. Brunckius aliique Lennepii coniecturam: στεφώμεθ' οὖν· λυρίζων receperunt; equidem οὖν delevi, ita ut contracta sit prima anacrusis et ita, Boissonadio observante, vir doctus in Valpyi Ephem. class. T. V. p. 176. — v. 13. Hermannus coniecit Δεύννσε cit. Etym. M. p. 259. Sed neque Anacreontis est hoc carmen, neque imitatores eius ista forma usquam utuntur, ita ut imperitiae auctoris haec ancipitis syllabae solutio tribuenda videatur. —

An. μγ'. v. 1. πίνω C. P. et Steph. — v. 3. τί μοι πόνων, τί μοι γόων C. P. et Steph., quae igitur ita ut ego posui, mutanda esse librarius in C. P. superscriptis literis significavit. — v. 5. κἂν μὴ θέλω θανεῖν με δεῖ Steph. — v. 6. τί δὲ τὸν C. P. et Steph. — v. 9. fortasse scr. πίνειν ἡμέας, ut sit acatalectus dimeter. —

An. μδ'. v. 1. ἔαρος φανέντος C. P. et Steph., quae emendavit Hermannus. — v. 2. βρύουσι ῥόδα C. P. Hermannus voluit: ῥόδον, sed βρύειν active usurpatur; vid. Liebel. ad Archil. p. 71. — v. 9. Hunc versum spurium arbitror, omisitque Graeterus. — v. 10. Proprie καρποὶ γαίας προκύπτουσι dicendum erat. Apparet autem et hic et infra v. 13. fructum significari non illum, qui semen continet, sed in universum frutices et herbas vernali tempore efflorescentes. Post hunc versum sequitur hic: καρπὸς ἐλαίας προκύπτει in C. P. et Steph., quae varia lectio non tam diu in editionibus ferri debebat; retinuerunt tamen Boiss. et

Moeb. — v. 11. Βρομίου στέφεται νᾶμα C. P. et Steph. Nihil attinet nova proponere, ut: στρέφεται τὸ Βάκχου νᾶμα, vel: στρέφεται νᾶμα Λυαίου, corruptus est versus, neque Baxteri: Βρομίου στρέφεται νᾶμα, quod Iacobsio placet, metrum ullo modo admittit. — v. 12. κλόνον C. P. — v. 13. ἤνθησε C. P. De toto loco vid. ed. mai.; quae posui sensum habent hunc: *postquam redeuntem Bromii succum per folia et palmites concepit, effloruit vitis.* —

An. με΄. Vera carminis descriptio debetur Carolo Lachmanno de chor. syst. tragg. p. 5. Sprevit eam pariter ac ceteras partim certissimas emendationes Moebius. — v. 3. κἂν δεήσῃ με χορεύειν C. P. et Steph. emendavit Hermannus. — v. 4. et 5. in fine odarii positi sunt in C. P. et Steph. — v. 6. ἔχω Steph. — v. 7. ὁ νάρθηξ δ' οὐδέν ἐστιν C. P. et Steph. vid. ed. mai. et cf. de articuli hac positione etiam Callim. fragm. 118. τὴν οἴ φασι τεκόντες. — v. 8. Hunc et sequentem versum citat ita ut scripsi Hephaestion p. 16. et sequentem solum Plotinus de metr. p. 1462. et schol. Aristoph. Plut. 302. —

An. μς΄. v. 1. ὅταν ὁ Βάκχος εἰσέλθῃ C. P. et Steph. emendavit Bothius. — v. 7. ὄπλιζε *vinum para,* nam tres ultimi versus propter dissyllabam anacrusin alius carminis fragmentum esse videntur. —

An. μζ΄. v. 2. ὁ Λυαῖος C. P. et Steph. — v. 3. ὅταν εἰς φρένας τὰς ἐμὰς C. P. et Steph. — v. 4. μεθυδότας C. P. et Steph. — v. 5. διδάσκει με χορ. C. P. et Steph. — v. 6. δέ τι καὶ C. P. — v. 9. μὲ κ' ἀφροδίτα C. P. et Steph. — v. 10. καὶ πάλιν C. P. et Steph. —

An. μη΄. Cuiusque strophae primus et tertius quisque versus purus est anaclomenus; secundus et quartus plerumque aut purus ionicus aut medii amphibrachi primam vel ultimam habet productam. De vitiosa prosodia vss. 10. 23. et 24. vid. praef. — v. 2. τότε μεν C. P. et Steph. — v. 3. et 4. ut unus versus scripti sunt in C. P. et Steph., unde variae coniecturae, quas omnes removit Herm. El. Metr. p. 480. — v. 10. Piersoni λυσικήμων recepp. Brunck. aliique. Hermanni λυροκαίγμων recep. Boisson., vid. ed. mai. — v. 11. μ' omittit C. P. — v. 22. ὑπὸ κυρτοῖς δὲ κυπέλλοις C. P., quod defendere studui in ed. mai. probavitque Moebius. Sed quum in omnibus strophis *secundus quisque versus apodosin* statim incipiat, longe probabiliorem nunc censeo Barnesii facilem coniecturam, quam recepi; quo eodem nomine Hermanni quoque ὑποκυρτωθεὶς — νόον δ' displicet. κυρτὰ κυπ. Iacobsius apud Moebium interpretatur κυρτώσαντα, cui oppos. ἁπλοῦν cit. Anal. II, 229, 64., ubi κλίνεσθαι ut a vino effectum usurpatur. Dubito tamen an hoc nihil ad verb. κυρτὸς valeat. — v. 26. et 27. τοῦτο pro τόδε C. P. Plerique olim cum Brunckio et Baxtero μόνον scri-

serunt pro μόνῳ, et in ultimo versu μετὰ πάντα pro μετὰ πάντων contra veterem auctoritatem. —

An. μθ'. v. 4. ἄνθος ἀκμαῖον τὰς ἐμὰς C. P. — v. 5. δῶρα τἀφίλτρα διώξεις C. P. τἀμὰ φίλτρα διώξῃς Steph., quod Brunck. Boisson. aliique plurimi retinuerunt; sed cf. Herm. El. Met. p. 481. De verbo διώκειν, quod hoc loco *perstringere* significare videtur, vid. ed. mai. Graeterus elegans hoc fragmentum, cuius numeros non intellexit, pessimis adnumerat. Anacreontis quidem non esse facile ex dialecto apparet. —

An. ν'. v. 4. τί δ' ἐμοὶ scripsit Brunck. — v. 6. πόμα C. P. et Steph., quod retinuerunt Brunck. et Boiss. — v. 9. στέφουσι κάραν C. P. et Steph., quod reposuit Boiss. Ceteri editores post Scaligerum scr. κάρα στέφουσι, vid. ed. mai. — v. 10. δὸς ὕδωρ βάλ' οἶνον C. P. et Steph., Iacobsio ὕδωρ de ea aqua intelligenti, quod convivis initio coenae praebebatur, accedere non possum. Imo recte verba transposuit Bothius. — v. 11. τὴν ψυχήν μου κάρωσον C. P. et Steph., quam mutavi cum Barnesio. Brunck. et Boisson. veterem lectionem retinuerunt, et ego quoque nunc vellem ut intactam illam reliquissem. —

An. να'. v. 1. ὁμίλουν ἐσορῶν C. P. et omisso σὲ Steph., cuius coniecturam ὅτ' ἐγὼ νέων ὅμιλον omnes recepp. editt. praeter Baxterum, qui scr. ὅτ' ἐγὼ νεοῖς ὁμιλῶ. Sed nuper etiam Boiss. et Moeb. idem quod ego reposuerunt. Ceterum dubitari potest, an scribendum sit ὁμιλοῦντ', ut in od. κθ', 2. βαδίζοντ', quamquam nihil huc faciunt, nexi versus in od. ξη' ed. mai., quod infra posui ut fragm. ζ'. — v. 7. πολιὸν δὲ γῆρας ἔχας C. P. et Steph., quod Boissonadius revocavit. Equidem cum Br. et cett. editt. recepi Arnaldi emendationem. — v. 10. ῥοιὰν C. P. et Steph. Superscriptum praeterea ῥόον in C. P., quod nunc cum Brunckio recepi; idemque fecit Boisson. Versum excidisse ante ultimum non animadvertentes plerique χαριέντως τε scripserunt; Boiss. mecum δὲ restituit, non indicata tamen lacuna. —

An. νβ'. v. 2. δοκεῖ τις εἶναί μοι Ζεὺς C. P., unde Boiss. δοκεῖ τις εἶναι Ζεύς μοι. — v. 4. Σιδωνίαν C. P. et secundum Spal. suprascriptae literae ο – η, sec. Levesquium tantum η. Σιδωνίην retinuit Boiss. cum cett. editt., etsi veriorem rationem monstraverat Herm. El. Met. p. 480. — v. 10. Boissonadius cum cett. editt. μόνος γ' ἐκεῖνος, quo fulcro supersedere possumus, vid. praef. Moebius in hoc edario me sequutus est. —

An. νγ'. v. 2. et 3. μέλπομαι ῥόδον θερινὸν συνεταιρεῖ αὔξει μέλπειν Steph. (π superscr.) μέλομαι ῥόδον τερινὸν σὺν ἑταιρεῖ αὔξει μ. C. P. Ceterorum commenta, ex quibus Arnaldi Gumaelio arridet, pete ex ed. mai. Veram viam primus aperuit Herm. El. Metr. p. 486.

scribens *μέλομαι ῥόδον τέρεινον συνέταιρον ὀξὺ μέλπειν*, coll. fragm., quod infra posui *ιε'*, quae integra recepit Boisson., neque ego his non usus sum. At vero in verbo *θερινὸν* malui vitiosam huic poëtae prosodiam imputare, quam formam obtrudere vel extrema auctoritate carentem. Moeb. coni. *ῥόδον τὸ τερπνόν*. Deinde quum in toto hoc loco librarium pateat mala pronuntiatione deceptum esse, praefero adhuc etiam *συνέταιρος*, unde *συνεταιρεῖ* corruptum. — v. 5. *βροτῶν τὸ χάρμα*: ita Steph., sed quum in C. P. desit articulus, Br. et alii ex Salmasii coniectura scripserunt *βροτῶν χάρημα* (?), Both. *βροτοῖσι χάρμα*. — v. 14. *κούφαις* revocavit etiam Boiss. pro Baxteri et Brunckii *κούφως*. — v. 15. *προσάγοντ'* C. P. et Steph., quod tenent editt. — v. 16. *ἁ σσοφῶ τόδ' αὐτῷ τερπνὸν* C. P. *ὠσσοφῷ τόδ' αὐτὸ τ.* Steph., quod retinuit Boiss. *ἀσόφῳ* Moebius. Ceterorum commenta vid. in ed. mai. — v. 18. *θ' ἑορταῖς* Steph. — v. 19. *τί δὲ δίχα* C. P. *τί δ' ἄνευ ῥόδου* Steph. Veterem ego lectionem omisso glossemate primus restitui in ed. mai. —

An. νδ'. Hi viginti quatuor versus superiori odario adfecti sunt apud Steph. — v. 5. *νόσοισιν* (ου superscr.), unde *νόσοισιν* recepp. Brunck. et recc. editt. praeter Moeb. in ed. noviss., quod falsissimum. — v. 16. Hunc versum omittit Steph. Pro vulgato *θέαν* dedi *θεάν*. — v. 24. *Λυιαίῳ* (ου superscr.) C. P., unde cum ceteris omnibus editt. in ed. mai. dederam *Λυαίου*, sed nunc cum Boissonadio praetuli *Λυαίῳ*, i. e. *quo Bacchus et Baccho dediti coronari possent.* —

An. νε'. v. 9. *φυλάττειν* Steph., quod revocavit Boiss., qui infra quoque v. 12. *θνητὸν* posuit tacite nec satis considerate. —

An. νϛ'. De vitiosa prosodia versuum 5. 8. 9. 15. vid. Praef. — v. 10. *χ' ὅσα μὴ θέμις ὁρᾶσθαι* C. P. et Steph., sed in C. P. *δ'* supra *θέμις* positum. Hinc recte Brunck.: *ὅσα μὴ θέμις δ' ὁρᾶσθαι*, quem sequi debebat Boiss., qui vetus vitium *χ' ὅσα*, quod *χὤσα* esse debebat, revocavit, cf. od. *λβ'*, 6. — v. 11. *κύμασιν καλύπτει* C. P., quod recepp. Brunck. et rec. editt. — v. 12. *ἀλαλημένος δ' ἐπαυτὰ* C. P. *ἀλαλημένη δ' ἐπ' αὐτὰ* Steph., unde Brunck. et rec. editt. *ἀλαλημένα δ' ἐπ' αὐτὰ*, antiquiores Stephani coniecturam *ἐπ' ἀκτῇ* receperunt. — v. 13. *λευκὰν* C. P. — v. 14. et 15. inverso ordine leguntur in C. P. et Steph. — v. 15. *ἁπαλοχρόους παλαμ* (superscr.) et in marg. *γαλην* (ς superscr.) C. P. *ἁπαλοχρόους γαλήνας* Steph., quod recepp. editt. omnes. — v. 19. Fortasse hic legebatur *πρόσθε* vel aeolicum *πρόσθα*. — v. 25. Pro *μερόπων* puto hominem dedisse *ἀνθρώπων*, nam hoc cum illius prosodia conciliari potest, illud non potest. —

An. νη'. v. 11. πίνῃ C. P. et Steph. — v. 15. Stephani coniecturam μεθυσθεὶς Brunckio et aliis receptam recte Boiss. etiam repudiavit. De metro enim vid. Praef. et de significatione voc. ἐλυσθεὶς vid. Buttm. Lexil. II. p. 163. sqq. —

An. νζ' *et* νθ'. Numeri graeci inscripti indicant, quo ordine in C. P. haec legantur. Facile autem apparet od. νθ' esse ipsum illud carmen, quod in fine od. νζ' se cantaturum esse auctor promiserat. Variam lectionem et quatuordecim istos versus, qui his omnibus in C. P. subiecti leguntur, pete ex ed. mai., nolui enim his faecibus rursus bonam chartam perdere. —

SELECTA LYRICORUM GRAECORUM FRAGMENTA.

Archilochus: Analecta vett. poëtt. graec. ed. Brunck. 1772. 1785. Repetit. in Anthologia gr. ed. Iacobs. 1794. Scolia Graecorum ed. Ilgen. 1798. Archilochi fragmenta ed. Ign. Liebel. 1812. cf. Ephem. litt. Ienenss. a. 1815. n. 210. — 212. Poëtae minores gr. ed. Gaisford. Lips. 1823. Vol. III. —

1.) *Stob. Flor.* p. 562. Gesn. — v. 1. Articulum τὰ inseruit Grotius. — v. 5. Vulgo χρῆ μὴ sine sensu, unde Abresch. Diluc. Thuc. p. 778. fecit χρήμῃ, quod improbat Valckenarius ad Adon. p. 247. propter exiguam (auctor vit. Hom. et Suid.) vocabuli auctoritatem et praefert Grotii coniecturam χρήζων seq. et Brunckio. χρήμῃ scr. Ilgen. et νόος παρήορος. Equidem in hac utraque lectione ante omnia aptum sensum desidero, quare hunc versum, in quo plura alia quoque offendunt, intactum reliqui. —

2.) *Stob. Flor.* p. 580. et primus versus etiam Aristot. Rhet. III, 17. — v. 4. Vulgatum λάμποντος· λυγρὸν emendavit Valck. ad Phoen. 1448. — v. 5. Legebatur ἐκ δὲ τοῦ οὐκ ἄπιστα πάντα, Valck. coni. τοῦδ' ἄπιστα, Iacobs. τοῦδ' ἅπαντα πιστά, Liebel. τοῦ καὶ πάντα πιστά. — v. 7. Vulgatum μηδ' ἵνα emendavit Valck. l. l. — v. 8. Ἠχήεντα insolens correptio improbata Hermanno El. Met. p. 86., sed similia quaedam attulit Boeckh. de metr. Pind. p. 289. — v. 9. Vulgo τοῖσι δ' ἡδὺ ἦν ὄρος, Valck. coni. τοῖσι δ' ἡδιόν γ' ὄρος, Iacobs. τοῖσιν ἥδιον δ' ὄρος. Quod recepi suaserunt Stephanus et Herm. El. Met. p. 49. —

3.) *Stob. Flor.* p. 172. et primus versus ap. Dion. Hal. de

comp. verb. p. 220. Schaef. — v. 1. Lib.: ἐνάδεν δυςμενῶν δ., Ms. A. ἀνὰ δὲ εὖ, unde Grotius fecit ἄνεχε, Ilgen. ἔναγε. Quod posuimus etiam Liebelio in mentem venit, qui tamen praetulit suum vitiosum ἄγε δή. Ἄνα δὲ est idem quod ἀλλ' ἄνα Soph. Ai. 194. — v. 3. Pro vulgato ἐν δοκοῖς iam Grotius posuit ἐν δοκοῖσι, probante Iacobsio; Valckenar. voluit ἐνδόκοισιν iunctim. Prius illud retinuit Gaisford. in poëtt. min, alterum posuit in Stobaeo, quamquam subiecta lectione Ms. A. ἐν δοκοῖσιν. Huius fidem igitur propterea maxime sequuti sumus, quod alterum particulam δὲ requiri videtur, ut scribendum esset ἐν δόκοισι δ' ἐχθρῶν. Nam rariorem usum habet utrumque, et δοκὸς *hasta*, et δόκος *insidiae*, de quo tamen cf. Hesych. c. interprett. notis. — v. 4. μήτε — μηδὲ, ubi potior res sequitur, ut μήτε — δὲ Soph. Oed. Col. 421. cf. Boeckh. ad Pind. nott. critt. p. 476. Reis. ad Oed. C. 805. — v. 5. Ilgen scr. ἐν οἴκτῳ, quo elegans sententiarum oppositio deletur. — v. 6. Libri: ἄσχαλλε, quod emendavit Grotius, probante Porsono ad Or. 775. Minus probabilis altera Grotii coniectura κακοῖς ἀσχάλλεο. —

4.) *Partim Dio Chrysost.* T. II. p. 8. R., partim Galen. Opp. T. V. p. 618. et p. 630. Bas. et quaedam Theocr. schol. ad id. IV, 49. Ex his collegit omnia et in versus redegit Heinsius Lect. Theocr. c. 8. et post eum Valckenarius in Diatr. p. 253. — v. 1. Διαπεπληγμένον Dio. διαπεπηγμένον Galen., quod emendavit Hemsterh. ad Hesych. v. διαπεπλίχθαι. — v. 4. ῥαιβὸς vulgo, sed quum et Galenus et Theocriti schol. rariorem formam ionicam ῥοικὸς praebeant, hanc recepi; cf. Koen. ad Greg. Cor. p. 554. sqq. —

5.) *Plutarch.* περὶ Εὐθυμίας T. II. p. 470, B. Aristot. rhet. III, 17. et particulam vs. 3. schol. ad Aesch. Prom. 617. cfr. Anacr. od. ζ, quod ex nostro carmine expressum est. —

6.) *Ammon.* de differ. in v. αἶνος. cfr. Eustath. ad Odyss. ξ, 508. Secundus versus celeberrimus citatur schol. Pind. Ol. VI, 154. Demetr. de Elocut. V. p. 4. et σύγγραμμα περὶ τῆς ἀχνυμένης σκυτάλης memoratur Athen. III. p. 85, E. Proverbium fuit illud, ut videtur, dici solitum, si quis rem tristem narraturus esset. Mutilo hoc sed antiquissimo post Hesiod. opp. 200. sqq. didacticae fabulae, postea ab Aesopo excultae, monumento ap. Ammonium l. l. praemittitur aliud eiusdem auctoris: ὡς ἄρ' ἀλώπηξ κάετὸς ξυνωνίην ἔθεντο. In utroque fragmento ἄρα (scribebatur ἄρα) extra interrogationem vel exclamationem etc. positum, ita ut, quae Hermannus in Praef. ad Oed. Col. disputaverit, de tragicis modo probabilia videantur; nam cf. Appollon. in Anecd. Bekk. p. 490. et 494. Ceterum pro vulgato κερδαλῇ dedi κερδαλέῃ. De Fabulis Archilochi disputavit Huschkius in Miscellan. phil. ed. Matth. Vol. I. p. 1. —

Alcman: Ursinus carm. illustr. foem. et lyricorr. 1568. Welcker. Alcm. fragm. coll. et rec. 1815. cf. Hermanni censuram in Ephem. litt. Ien. 1816. n. 154. et 155. —

1.) *Hephaest.* p. 22. et Schol. Hermog. rhetor. Ald. T. II. p. 400. — v. 2. 3. Recte zeugma agnovit Welckerus in his pro: ἐπιτίθει ἵμερον ὕμνῳ καὶ τίθει χορὸν χαρίεντα. —

2.) *Apollon. Lex. Hom.* p. 407. Toll. In his omnibus Hermannum sequutus sum. — v. 2. πρῶτόν ἐστε vulgo, πρώωνές τε Vill., quae emendavit Welckerus. — v. 4. et 5. Coniunxit haec Welck. in unum versum hoc modo: θῆρες ὀρεσκῷοί τε καὶ γένος μελισσᾶν, violentius. —

3.) *Athen.* X. p. 416, C. — v. 2. ᾧ καὶ Νιλέα τριήρης vulgo ap. Athen., sed ᾧ κ' ενιλεα γ̄ ειρης ms. A., unde Schweigh. ᾧ κ' ἐνὶ λέα τριήρης extricavit assentiente Welckero, qui λεία scripsit, taxatus ab Herm. ob laesam prosodiam. Expediit rem Hermannus. — v. 6. οὐ τετυμμένον vulgo, quod emendarunt Schweigh. et Welck. Inter ἀδηφάγους numerat Alcmanem Aelian. V. H. I, 27. —

4.) *Athen.* XI, 499, A. — v. 5. Corruptissimus locus, in quo nihil profecerunt Welck. Schweigh. et Fiorillo, ab Hermanno egregie emendatus, adhibito loco quodam Aristidis T. II. p. 29. Iebb., quem his apponam: Ὡς ἄρα πολλή τις καὶ ἄμαχος ἡ δύναμις τοῦ θεοῦ (Bacchi), καὶ δύναιτ' ἂν καὶ ὄνους πτεροῦν, οὐχ ἵππους μόνον, ὥσπερ καὶ λεόντων γάλα ἀμέλγειν ἀνέθηκέ τις αὐτῷ Λακωνικὸς ποιητής. Legebatur autem: χερσὶ λεοντέον ἐπαλαθεῖσα. Recte praeterea Hermannus monuit, Bacchi nympham hic loqui, cui quidem lac leoninum bene convenit. —

5.) *Hephaest.* p. 44. Welckerus genitivos τῶ κυπαιρίσκω dedit et versus plena interpunctione se iunxit; vid. Herm. El. Metr. p. 201. De dorico diminutivo κυπαιρίσκος, quod olim ad κύπαρος relatum, vid. interprett. ad Hesych. h. v., sed ex κύπειρος ducendum est, vid. Koen. ad Gregor. Cor. p. 251. adde Etym. Gud. p. 144, 37. 197, 50. 355, 1. Cf. etiam Anacr. ξδ', 16. ed. mai. Sensus autem huius fragmenti non plane liquet. —

Alcaeus: Ursinus lib. cit. Iani. in tribus programmatis, quae coniunctim ed. Stange. 1810. Blomfield. in Mus. crit. Cant. fasc. IV., et inde in Gaisfordii. poëtt. minor. Plura etiam in Anacr. editt. et in Herm. El. Metr. —

1.) *Athen.* X. p. 430, A. Expressit Horatius od. I, 9. — v. 1. Deteriores editiones legunt ἐν δ'. Deinde ὠρανῷ libri, sed edd. Ven. et Bas. ἀρανῷ, Ursinus ὀρανῷ. cf. Buttm. gram. uber. p. 100. not. — v. ult. Alii Rutgersii ad Hor. od. l. c. supplementum τίθει, alii τιθεὶς, alii Grotefendii βαλὼν posuerunt, ex quibus nihil certum, praesertim quum multa simi-

lia excogitari possint v. c. ἀμφιλαφὲς, ἀμφιθαλὲς etc. Herm. scr. ἀμφιγνόφαλλον.... Ceterum γνόφαλλον optimam habet auctoritatem edd. Ven. Bas. et Ms. A. Ceteri praebent usitatiores formas γνάφαλλον, Ursinus ἀμφικνέφαλον. —

2.) *Proclus* ad Hesiod. Opp. 584. omnia praeter alteram secundi versus partem. Priora Athen. X. p. 430, B. et epit. I. p. 22, F. Eustath. ad Il. η'. p. 693 et Il. μ'. p. 896. Plutarch. Symposs. VII, 1. Macrob. Sat. VII, 15. et A. Gell. XVII, 11. In his omnibus scribitur πλεύμονας οἴνῳ aut πνεύμονας οἴνῳ, obscurata aeolica littera, quam revocarunt Schweigh. et Blomfield. — v. 2. διψῇ probabiliter correxerunt Iacobs. ad Ath. et Blomfield. pro vulgato διψᾷ, quae forma labentis est Graecitatis, vid. Lobeck. ad Phryn. p. 61. Hiatus autem in hac arsi non offendit. — v. 3. πετάλων τάδε ἂν τέττιξ Procl., unde Blomf. ἀχέτα τέττιξ. — v. 5. λεπτοὶ δέ τοι ἄνδρες ἐπεὶ κεφαλὴν καὶ γόνατα σείριος ἄζει Proclus, quae, quum ceteri desperarint, ipse in numeros redigere conatus sum. De forma omnium poëtarum communi γοῦνα cfr. Pors. ad. Phoen. 866. —

3.) *Athen.* X. p. 430, D. et priora usque ad πλείαις idem iterum XI. p. 480, A. — v. 1. Vulgatum utroque loco Athenaei τὸν λύχνον et priore σβέννυμεν emendavit Porson. ad Med. 494. De Proverbio Δάκτυλος ἀμέρα· *cito ruit dies* cfr. interprett. ad Hesych. in δατύλλου ἡμέρα. Scripturam ἀμμένομεν tuetur Asclepiades Anal. I. p. 213. Anth. Pal. XII, 50, qui hos versus imitatus est. — v. 2. Libri αἱ τὰ ποικίλα priore et αἳ τὰ ποικίλλης posteriore loco, ubi ποικίλλις Ms. A. et αἳ ed Ven. Hinc Rutgers. αἶτεε ποικίλα, Tollius ad Longin. p. 76. αἶτ' ἐπὶ ποικίλαι, Iani. καὶ πάϊ ποικίλαις, Grotefend. αἵματα (vina) ποικίλα adhibito loco Timothei apud Athen. XI. p. 465, C., ubi Βακχίου additum, sine quo αἷμα vinum denotare vix potuit. Denique Meinek. cur. critt. p. 38. coni. νάματα ποικίλα. Nescio an facilius sit αἶρε τὰ ποικίλα, sc. κύπελλα. Nam in ἄειρε — αἶρε non offendor, uti non in ἤνεγκον — ἤνεγκα Soph. Oed. Col. 521. sq. — v. 5. πλέαις (altero loco πλείους) κὰκ κεφαλᾶς δ' ἀτέρα τὰν ἑτέραν κύλιξ Athen. Hinc Porson. l. c.: πλείαις κὰκ κεφαλᾶς· ἁ δ' ἑτέρα τὰν ἑτέραν, quod posuit Blomfield., sed recte monet, non liquere quomodo κὰκ κεφαλᾶς sit intelligendum. Ego non veritus sum hiatum cum per se in hac arsi, tum ex iis, quae docuit schol. ad Dion. Gram. in Bekk. Anecd. p. 770. de Digamma ὃ προςτιθέασιν οἱ Αἰολεῖς ἑκάστῃ λέξει παρ' ἡμῖν δασυνομένῃ. Iam quid sit ὠθεῖν ἐκ κεφαλᾶς non obscurum esse puto. —

4.) *Athen.* X. p. 430, C. conf. Horat. od. I, 18. Libri habent δένδρον. —

5.) *Athen.* XIV. p. 627, A., B. Chartarum angustiae in tres

versiculos distribui cum Blomfieldio iusserunt, quod unus proprie erat, vid. Herm. El. Metr. p. 437. — v. 6. — 9. Non erat cur Blomfield. Ianii mutationes ἵππειοι et χάλκεαι δ' αὖ adoptaret. — v. 11. Observa κναμίδες (ita Ursinus quoque) media brevi, quod Ianium permovit, ut transponeret περὶ λαμπραὶ κναμῖδες κείμεναι, perverso metro. Sed hoc ille omnino falso descripsit. Fortasse scribendum: κρυπτοῖσιν περὶ κναμῖδες λαμπραὶ κείμεναι ἄρκος, quum in edd. vett. versuum dispositione κείμεναι et κναμῖδες facillime locum permutare potuerint; Phrynichus quidem κνημίδα dixisse Atticos narrat, vid Lobeck. p. 171. Praeterea ἄρκος ex ed. Ven. Bas. et Ms. A. recte posuit Schweigh., pro quo Ursin. et cett. edd. ἕρκος praebent, probante Blomfieldio et Valck. ad Phoen. 786. Idem Ms. A. ἰσχυρῶ βέλευς praebuit pro vulgato ἰσχυροβελὲς, quod Iani. et Blomfield. mutarunt in ἰσχυρὸν βέλους. — v. 14. Vulgo κοῖλαί τε sine καὶ, quod Ianio debetur. — v. 15. βεβλημέναι optima auctoritate a Schweigh. repositum pro vulgato βεβλημένον. — v. 18. κυπάττιδες pro vulgato κυπαττίδες scripsi. De h. v. vid. Iacobs. ad Anth. animadv. I, 2. p. 59. sq. Est autem proparoxytonon, quod ostendit Accus. κύπασσιν, qui hic illic legitur. —

6.) *Schol. Pind.* Isthm. II, 117. et Diogen. Laert. I, 1, 7. Suidas sub v. χρήματ' ἀνὴρ, quod proverbium ipse Pindarus l. c. adhibuit. Legebatur πενιχρὸς δὲ οὐδεὶς, quod emendavit Blomf., et pro οὐδεὶς πέλετ' Suidas habet οὐδέποτ'. Si verum esset, quod Etymolog. M. p. 639, 32. narrat, suspicetur quis πενιχρὸς δὲ δείς πω. Sed hoc est recentissimorum Graecorum. —

7.) *Athen.* X. p. 430, B. προκόψομεν vulgo. —

8.) *Heraclid. Pont.* p. 13. Schow. cf. Horat. od. I, 14. ἄμμες δ' ἂν τὸ μέσσον citat Apoll. de pron. p. 119. Bekk. — v. 4. Ante Schowium vulgabatur καλὰν aut κάλα, quod Ursinus reddidit τὰ τῆς νεὼς ξύλα, quod esset κῦλα. Valck. ad Ammon. p. 114 scr. κοίλαν, ad seq. hoc trahens. Schow. κάλως hic latere intellexit, unde Blomf. et Herm. κάλων restituerunt. — v. 5. πὲρ = περὶ pro vulgato παρὰ dedit Herm. ex Apoll. de pron. p. 135. cit Bast. ad Gregor. Cor. p. 616. — v. 9. Ita recte emendatum post Ursinum pro vulgato χολαῖσιν. — His adiunxit Blomf. lacunosa quaedam et corrupta ex eodem Heraclide, quamquam is diserte ἑτέρωθί που λέγει addit. At intelligendum fragmentum utile erit apponere verba, quae Heraclides subiicit: τίς οὐκ ἂν εὐθὺς ἐκ τῆς προτρεχούσης περὶ τὸν πόντον εἰκασίας ἀνδρῶν πλωϊζομένων θαλάττιον εἶναι νομίσειε φόβον; ἀλλ' οὐχ οὕτως ἔχει. Μύρσιλος γὰρ ὁ δηλούμενός ἐστι, καὶ τυραννικὴ κατὰ Μιτυληναίων ἐγειρομένη σύστασις. —

9.) *Aristot. Rhet.* I, 9, 20. In Sapphus v. 1. plurimae edd. vett. habent ἶχες ἐς ἐσθλῶν ἵμερον, paucae ἰχέ σ' ἐσθλῶν ἵμε-

ρος. Deinde εἶχες ἐσθλῶν ἵμερον habet cod. Dresd. reg., quem usurpavit Naekius, vid. eum ad Choer. p. 266., qui quidem ἵμερον omnium codicum esse dixit. Hinc neque Hermannum ἐκέ σ' ἐσθλῶν ἵμερος scribentem, neque ipsum Naekium εἶχες ἐσθλῶν ἵμερον prorsus sequi placuit. — v. 2. Vett. edd. partim μήτ' εἰπῆν, partim μή τί τ' εἰπεῖν. — v. 3. Libri αἰδώς κέν σε οὐκ εἶχεν ὄμματα, unde alii aliud. Scaliger: α. κεν οὐχί σ' εἶχεν, quod posuit Blomf. mutato σ' in τ', nam cetera taceo. Hermannus scr. κε τεῦς οὐκ εἶχεν. Naekius, qui in codice laudato exstare ait: αἰδώς κέν σε οὐ κᾶν χεν, proposuit: α. κέ σ' οὐκ ἂν εἶχεν, sed duplex ἂν huic loco non convenit, unde facillima alia mutatione usi sumus. —

Sappho: Ursini liber supra laudatus. Sapphus odae et fragm. ed. Wolf. 1733. et iterum c. aliarum poëtriarr. fragm. 1734. Sapphus odae et frag. ed. Volger. 1810. Blomf. in Mus. crit. cant. fasc. I. et inde in Gaisfordii poëtt. min. vol. III. Complura etiam Brunck. in Analectt. et plurimi Anacreonteorum editorr., Herm. autem in doctr. metr. elem. plurimis saluberrimam manum adhibuit. —

2.) Servavit *Dionysius Hal.* de compos. verb. p. 344. Schaef. p. 191. Goell., quibus adhibui codicis Rehdigerani collationem in Mus. crit. ed. Passow. et Schneider. Versus 1. 4. 5. citat Hephaest. p. 4. 5. et versum quintum Priscianus. Ediderunt seorsim hoc et sequens carmen Egertonus Parisiis 1815. et Moebius 1815. idemque nuper cum Anacreonticis. — v. 1. ποικιλόθρον': cod. Rehd. et secundum Ursinum et Vossium alii veteres libri ποικιλόφρον, quod probabat Voss. et Bentl. ad Hor. p. 709. — v. 3. Olim vulgo ἄταισι, de quo cf. Schaef. ad h. l. et Elmsl. ad Eur. Med. 240. Pro ἀνίαισιν Blomf. scr. ὀνίαισιν, cit. Apollon. de pron. p. 121. Bekk. Sed hoc nimis incertum. — v. 5. Librorum scriptura corruptissima, sed probabiliter ex Hephaest. restituta τυίδ' emendatius Hermann. cum Ursino pro τυΐδ', cf. Theoc. ε', 30. Vox ἐτέρωτα Aeolibus tribuitur ab Apoll. de adverb. p. 606, 28. Bekk. — v. 6. αἴοις ἀπόλας Ald. αἴοις ἂς πολλάκ' Ursin.; αἴοισ. ἀπόλυ C. Rhed.; ἄκοτ' vel ἄκοε alii mss. ap. Goell. Plerique πόλλυ, Blomf. πολλᾶς, Herm. αἴοισ' ἄπωτα scripserunt. El. Andreas vertit: *celer affuisti.* — v. 9. ἄγων Ald. Athenaeum coniicias ὤχουν legisse ex L. IX, 391, F. — v. 10. περὶ γᾶν μέλαιαν Rapic. γῆς Rehd. πτέριγας Ald., unde Ursinus πτέρυγας μ. π. δινέοντες, omisso πτέρ'. Locutionem περὶ γᾶς *circa, prope terram* docte illustrat Schaeferus. — v. 11. ὠρανῶ; θέρος δ' ἄμευς πω Ald. Dionys. Codd. variant inter οὐρανῶ αἰθέρος (sic et Rapic.) et ὠράν' ὠθέρος et ὠρανῶ θέρος. Ursin. ὠράν' αἰθέρος, Herm. scr.: ἐῤῥάνω αἰθέρος. Sed haec forma neque alibi invenitur, neque Grammatici, qui

multa (Greg. C. p. 587.) de diplasiasmo Aeolum tradiderunt, quidquam de hoc vocab. monent. Itaque sequutus sum Brunckium, cf. Alcaei fragm. primum, v. 1. supra. Blomfield. in nota ad h. l. quaedam falso tradit de var. lect. — v. 16. κ' ἄττι δι' ἦν τε κάλημμι; Ald. διήντε κ. Colb. δήντε κ. Reg. 1. Ceteri omnes δεῦρο κ. tantum in κὤτι, χ' ὅττι etc. κάλημμι et καλοῖμι et κάλλημι (cod. Rehd.) variantes. Hinc Voss. δήν τε κ. Br. δή σε κ. Blomf. δὴ τὲ κ. Equidem Herm. emend. adoptavi quanquam suspicor δ' αὖ τὲ κ. Pron. τὲ ita haud exiguam vim habet, cf. v. 18. — v. 19. τίνα δ' εὖτε πείθωμαι σαγηνεύσαν Ald. Ceteri variant in αὖτε et ηὖτε (Rehd.) in πείθωμαι, πύθωμαι et πειθὼ καὶ (hoc et Rehd), nam vulgatum πείθημμι vel πείθημι, quod Br. Schaef. et Goell. editiones tenent, Vossii inventum esse videtur. Praeterea variatur in σαγηνεῦσαν, σαγηνέσσαν et σαγινόευσαν. Hermannus scr. πείθω κασσαγηνεῦσαι; sed ita passivum potius exspectes. Blomfieldii commentum praetereo. Sensus est: *quemnam rursus vis adducam et amore irretiam?* — v. 20. ψαπφαδίκη Ald. Ceteri variant inter Σαπφοῖ ἀδικεῖ et Σαπφὼ δίκη (Rehd.) vel δίκην et Σαπφοῖ ἀδικῆ, contra metrum. Hinc Br. Σαπφοῖ ὑβρίζει, Volg. ἀτίμα, Purgold. ἀτίζει. Blomfield. Σάπφ' ἀδικήῃ ex Gaisfordii sententia ad Heph. p. 65. Ego Hermannum secutus sum. Aeoles ἀδικήω, φιλήω dixisse docet Etym. M. p. 485, 42., ubi verba Ὤψά τ' ἀδικήῃ et sec. Ms. Dorvill.: ὤψαφ' ἀδικήῃ ex nostro loco corrupta sunt; add. Etym. Gud. p. 294, 22. Certa haec videntur, sed non item Moebio, qui Σάπφοῖ ἀδικκῆ ex Iacobsii sententia, olim prolata, dedit. Ceterum vocativum istum suspicatur Hermannus ex genere τῶν ὑποκοριστικῶν esse. — v. 22. μὴ δὲ κὲτ ἄλλα Ald., alii corruptius δὲ καὶ τἄλλα (Rehd.) aut δέχεται. Herm. fortasse invitus. scr. ἄλλα. Recte. Brunck. et Blomf. ἀλλά. — v. 24. κώϋκέθέλοι Ald. κ' ὠὺκ' ἐθέλοις Reg. 1. et Colb. κὤ εἰ καὶ θέλεις Rehd. nec melius quid ceteri, ex quibus Br. scr. ἢ οὐ κεν ἐθέλλοις. Veram lect. eruit Schaef. recepp. Goeller., Blomf. et Hermann., qui tantum κοὐκ pro κωὐκ scripserunt. — v. 27. ἰμέρει Ald. et cod. Monac. ἱμείρει ceteri; cf. ad v. 11. —

3.) *Longinus de subl.* cap. 10. — v. 1. φαίνεταί μοι: mireris Apollonium Dysc., qui in libro de pronom. p. 106. de pronomine οἱ agens diserte: *Αἰολεῖς*, inquit, σὺν τῷ F φαίνεταί Fοι κῆνος, Σαπφώ — nam in altero loco p. 75., ubi totum versum afferens φαίνεταί μοι scribit, fortasse librarii correctio habetur — quem doctum gramaticum cum ipsa res, tum Catullus erroris arguit. Ille *mi* par esse deo videtur. — v. 3. et 4. Libri variant inter φωνάσας, φωνεύσας, φωνούσας, φωνάσαις et φωνεύσαις, unde Herm. cum aliis fecit φωνᾶσαί σ', sed vid. ad seq. vs. — v. 5. Libri partim γελώσας, partim γελαῖς. Hinc alii scripserunt γε-

λάσας, alii γελᾶϊς, quod probat Hermannus. Sed Buttm. in Gramm. uber. p. 503. et 509. hunc infinitivum reiiciens — quod iam Blomfield. fecerat — probabilius hic particip. γελαίσας agnoscit, quare etiam supra scribendum erat φωνεύσας, quae lectio aliquanto elegantior a Catullo quoque reddita videtur: *dulce ridentem.* — μοι ἄμμαν restituit Herm. pro vulgato μοι τὰν, unde Blomf. et Volg. fecerant μοι 'μὰν, Codd. all. μὴ ἐμὰν all. μοι ἐμάν. — v. 7. In prioribus variant libri inter ὡς γάρ σ' εἴδω (ἴδω) ὡς γὰρ εἴδω (ἴδω) σε. βροχέως tenent omnes, nisi quod Paris. cod. βροχέας habet. Praeterea ὡς ἴδον γάρ σε βροχέως ἐμ' αὐδᾶς Ursinus. hinc plerique γὰρ εἴδω σε βροχ. Blomf. ὥστε γὰρ Ϝιδῶ, βρ. Herm. ὡς γὰρ εἰςίδω βρόχε, ὥς με, ut ὡς βρόχεα = ὡς αὐτίκα, ὡς πρῶτον. Sed quanquam in prioribus acquiesco, tamen fateor, mihi non iustam causam esse videri, quod librorum lectio βροχέως mutetur, praesertim quum nota ista dictio ὡς — ὡς in praeteriti tantum constructione usurpata esse videatur. Tollius olim voluit σε, βρόχε' ὥς μοι, ut βρόχε' pro βρόχεο, βρόχον, βρόγχον dictum sit: *ex gutture.* Sed hoc neque graecum et ridiculum, quum nisi maxima vi nullum vocabulum ante ὡς illud poni possit. — v. 11. et 12. Blomfield c. all. ὄρημι βομβεῦσιν δ' ἀκοαί μοι. — v. 16. Manutius addidit ἄπνους. Voss. sequens ἄλλα huc traxit pro ἀλαλὴ dictum. Herm. suspicatur Ἄτθι excidisse. — Adduntur quaedam vulgo ap. Dionysium, quae sec. cod. Par. hoc modo habent: ἀλλὰ πᾶν τολματὸν, ἐπεὶ καὶ πένητα οὐ θαυμάζοις, ὡς ὑπ' αὐτῷ etc., ex quibus Herm. duos versus eruere conatus est, sed incerto, ut videtur, successu. —

4.) *Athen.* XI. p. 463, E. Numeros, quos Brunckius plane corruperat, restituit Grotefend. — v. 2. legebatur Χρυσείαισιν. — v. 4. Vulgatum οἰνοχοοῦσα Blomf. male mutavit in οἰνοχοοῖσα, rectius Grotef. οἰνοχοεῦσα. — v. 5. Legebatur τούτοισι τοῖς ἑταίροις ἐμοῖς γε καὶ σοῖς, unde Grotef. τοῖς ἑ τ α ί ρ ο ι ς πᾶσιν, ἐμοῖς γε καὶ σοῖς, Blomf. τοῖςδ' ἑταίροις τοῖσιν ἐμοῖς τε καὶ σοῖς. Ego Volgerum sequutus sum. —

5.) *Hephaest.* p. 34. Brunck. scr. cum Ursino οὔτι. Ad sententiam cf. Valck. ad Adon. p. 338. sq. et de aeolica forma βραδινὰν pro ῥαδινὰν interprett. ad Greg. Cor. p. 572. sqq., nam lexica adhuc istam adiectivi formam ignorant. —

6.) *Hephaest.* p. 38. cf. Herm. El. met. p. 442. —

7.) Eustathius ad Il. θ', 551. Memorabile Iulian. epist. 19. p. 387.: Σαπφὼ ἡ καλὴ τὴν σελήνην ἀργυρέαν φησὶ, καὶ διὰ τοῦτο τῶν ἄλλων ἀστέρων ἀποκρύπτειν τὴν ὄψιν. Hinc Blomf. coni. λάμπῃ ἀργυρέα γᾶν, quod minime placet. Fortasse legit Iulianus: ἀστέρες μὲν ἀργυρέαν σελάναν, *lunam celant stellae fulgorem.* Sed vulgata praebet utique clariorem imaginem. —

8.) *Stob. Floril.* p. 52. Gesn. Plutarch. γαμικὰ παρ. in fine. Aristid. orat. περὶ παραφθέγμ. T. II, 377. Iebb. Clemens Al. Paed. II, p. 181, C. Sylburg. Brunckius numeros corrupit, quos optime iam restituerant Grotius et Bentleius, cf. Mitscherl. ad Hor. I, 4, 17. — Legebatur v. 1. κείσεαι et v. 2. μετέχεις et v. 4. παῖδ' ἀμαυρῶν, quorum posteriora recte Grotius correxit, sed quod κεῖσ' pro κείσεαι scr., probare non potui, quum nec praesens aptum neque raro η - ου synizesin efficiant. Ad sententiam cf. Hom. Od. κ', 495., λ', 222., Virg. Aen. VI, 293. —

Stesichorus: Ursinus l. c. Fragm. coll. Suchfordt. 1771. Blomfield. in mus. crit. Cant. fasc. VI. et in Gaisf. poëtt. min. —

1.) *Athen* XI. p. 469, E. cf. epit. p. 781, D. et Eustath. ad Od. ι', 359. Ad sententiam cf. quae sequuntur ap. Athenaeum, Apollodor II, 5, 45, et Meinekii Euphor. p. 148. Versus aliter distribuit Blomfield., Barneius de Aesch. chor. cant. p. 45. Ex ultimis apparet totius strophae numerum ex dactylis et anapaestis compositum esse. — v. 3. Blomf. scripsit ἀφίκοιθ', et recte fortasse; sed mss. omnes pertinaciter tenent cum Ursino coniunctivum, quem in talibus locis defendi posse hodie nemo ignorat. — v. 7. Transposui verba παῖς Διὸς, ut Blomf. suaserat, qui tamen posuit παῖς Διός. Illud quisque animadvertit tam insigne vocabulum, ut h. l. Διὸς, non vi sua privare ista positione voluisse bonum poëtam. —

2.) *Schol. Eur.* Or. 249.: Στησίχορός φησιν ὡς θύων τοῖς θεοῖς Τυνδάρεως Ἀφροδίτης ἐπελάθετο· ἡ δὲ θεὸς ὀργισθεῖσα διγάμους τε καὶ τριγάμους καὶ λειψάνδρους αὐτοῦ τὰς θυγατέρας ἐποίησεν. ἔχει δὲ ἡ χρῆσις οὕτως (diversa modo a nostris apponam) οὕνεκα — ἅπασιν θεοῖς μιᾶς λάθετο ἠπιοδώρου Κύπριδος κεῖνα δὲ — χολωσαμένη διγάμους τε καὶ τριγάμους κ. τ. λ. Pleraque correxit iam Blomfieldius, sed quum χολωσαμένα retineret, versus apte describere non potuit. Nihil frequentius horum verbb. permutatione. Heptametrum dactyl. catal. Stesichoro a grammaticis tribui constat, falliturque magnopere Blomf., qui acatalectum illum esse iubet. Nimirum heroicum versum fortasse etiam censet acatalectum. —

Pittacus. Huius quaedam edita in Brunckii analectis et poëtt. gnom. et in Ilgenii scoliis supra citt. —

Diog. Laert. I. p. 49. Hiatus in verbis καὶ ἰοδόκον vitii movet suspicionem non librariorum sed ipsius Laertii memoriae. — v. 2. Sequutus sum cod. Reg., nam ceteri habent ποτὶ φῶτα. Ultima infeliciter tentat Wakefield. Sylv. V. p. 25. Ilgen. scr. versus causa καρδίῃ, vere fortasse, sed in talibus nihil mutandum. Certius λαλέει pro vulgato λαλεῖ cum eo adscivi. —

Solon. Plurima huius ed. iam Brunck. in analectis et in

poëtt. gnom., quaedam Ilgen. in scoliis, omnia collegit Gaisford. in poëtt. minor. et nuper diligentius Bachius, Bonnae 1825. —

Diog. Laert. I. p. 38. — v. 1. et 4. observa digamma in ἕκαστος et οἱ retentum. — v. 2. Vulgatum ἔγχος ἔχων transposuit Ilgen., sed quod idem ἔγχος in ἔχθος mutavit, quamquam Stephanus ait in editione latina quadam *odium* hic expressum esse, id iure reprobat Iacobs. in add. ad Anth. Nec magis cum illo Bachius scribere debebat πρός σ' ἐνέπῃ. — v. 5. Vulgatum μελαίνας recte videtur Brunck. in μελαίνης mutasse; nam quod Bachius dedit μελάνας ex Hesychii et Suidae auctoritate — vid. Iac. ad Anth. an. I, 2. p. 409. — huius certius testimonium desidero. —

Bias: Brunck. et Ilgen. in lib. citt. —

Diog. Laert. I. p. 53. — V. ult. λάμπω saepe active, sed nonnisi in re, quae natura sua λάμπει, ut φέγγος, πῦρ. Itaque h. l. ἄταν absolute positum arbitror: *eminuit pernicioso malo*, i. e. insignem cladem tulit. —

Anacreon. Praeter Ursinum in libro cit. inter Anacreonteorum editores fragmenta Anacreontis attigerunt maxime Stephanus, Flaiderus, Pauwius, Barnesius, Fischerus, et nuper Boissonadius. Quae hic posui, ex his α', β', γ', δ', η', ιε', inter ipsa Anacreontea vulgo numerabantur. —

1.) *Heraclides Pont.* allegg. p. 16. Schow.: Καὶ μὴν ὁ Τήϊος Ἀνακρέων ἑταιρικὸν φρόνημα καὶ σοβαρᾶς γυναικὸς ὑπερηφανίαν ὀνειδίζων τὸν ἐν αὐτῇ σκιρτῶντα νοῦν ὡς ἵππον ἠλληγόρησεν, οὕτω λέγων. — Editum hoc odarium etiam in Anthologia Aldina Ven. 1550., sed vitiosissime. De metaphora continuata quaedam contulit Iacobs. ad Anyt. epigr. IV, 4., Anal. I. p. 197. —

2.) *Stob. Flor.* p. 599. Ges. Editum etiam in gnomis ad calcem Callimachi Basil. 1532. — v. 1. pro vulgato κάρα praebuit κάρη ms. A. — v. 3. scr. fortasse ἔτ' Ἥβη, vid. quae monui in prol. ad Anacreont. ed. mai. p. 7. — v. 11. ἑτοῖμον pro ἕτοιμον scripsi, cf. Schweigh. in Lex. Herod. s. h. v. —

3.) *Athen* X. p. 427, A.: παρὰ δὲ Ἀνακρέοντι εἷς οἴνου πρὸς δύο ὕδατος· Ἄγε δὴ etc. — βασσαρήσω· καὶ προελθὼν τὴν ἀκρατοποσίαν Σκυθικὴν καλεῖ πόσιν· Ἄγε — ὕμνοις. Idem XI. p. 475, C.: κελέβη· τούτου τοῦ ἐκπώματος Ἀνακρέων μνημονεύει ἄγε — κυάθους. Eadem partim Eustathius ad Od. γ', 443., et illa ἄγε — μελετῶμεν scholiastes Cruquii ad Horat. Od. I, 27, 1. — v. 2. ὅκως habent priore loco omnes edd. et mss. ὅπως edd. et mss. altero loco cum Eustathio. — v. 3. δέκ' ἐγχέας omnes edd. et mss. posteriore loco cum Eustathio (falso in ed. mai. *priore* posui), dum in priore variant inter δύ' ἐκχέας, δύ' ἐγχέας et δ' ἐκχέας (ms. A). Anacreontis editores scripse-

runt δέκ' ἔγχει, sed Boisson. nuper veram lectionem mecum restituit. — v. 5. et 6. ὡς ἂν ὑβριστιῶσαν ἀναδευβασσαρήσω vulgo ap. Ath. ὡς ἂν ὑβριστιωσαναδευτε βασσαρήσω ms. A. ὡς ἂν ὑβριστιῶσαν ἀναδευτε βασσαρήσω Ursin. Hinc variae coniecturae, quas vid. in ed. mai. et in add. p. 253., ex quibus Boisson. ἀδεῶς τε βασ. secundum Schweigh. recepit, ego Brunckii ἀναδεύων βασ. probaveram, quum finalis syllaba ων facillime excidere potuisset, nunc proxime ad optimum cod. A. scripsi ἄνα δηῦτε, eodem sensu, quo infra recurrit ἄγε δηῦτε, de qua forma vid. infra ad Anacr. fragmentum ιγ'. — Ad alteram, sed hanc, ut videtur, non statim excipientem stropham pergit Athenaeus his verbis: καὶ προελθὼν τὴν ἀκρατοποσίαν Σκυθικὴν καλεῖ πόσιν· ἄγε etc. — v. 7. δότε vulgo ap. Ath. δηῦτε ms. A., unde alii δῶτε, alii δεῦτε petierunt. Pro μηκέθ' οὕτω scr. fortasse μηκέτ' οὕτω. Apparet alteram stropham ultimo versu carere. —

4.) *Hephaest.* p. 69., et v. 4. idem p. 3.; deinde v. 3. Eustath. ad Il. φ', 470. et schol. Eur. Hipp. 58. De versibus vid. Herm. El. met. p. 667. sq. et Car. Lachmann. de chor. tragg. syst. p. 4. — v. 5. Falsa Turnebi lectio θρασυκαρδίων Brunckio recepta irrepsit etiam in recentissimas edit. Gumaelii et Boissonadii et Moebii. Qua ita, ut a Iacobsio ap. Moebium, accepta, qui simpliciter preces ad Dianam, nulla calamitate extortas, hic legi putat, ferri quidem poterit sententia, sed vetus nostrae lectionis auctoritas est multo potior, ita ut Turnebus insolentem vocem suo arbitrio correxisse videatur. — Plerique Ephesi, Faber Magnesiae intellexit hic incolas, pro quibus hanc supplicationem composuerit poëta. Illa non ad Lethaeum sita, haec, ut videtur Anacreontis temporibus iam diruta erat, vid. Franckium in Callino p. 89.—117. Itaque hoc in ed. mai. in incerto reliqui. Sed opportune in manus venit Koeppenii liber: Griechische Blumenlese, ubi vol. II. p. 124. probabiliter coniicit Leucophryn hic intelligi, citt. Xenoph. Hell. III, 2, 19. (add. eund. IV, 8, 17.) et Nicand. ap. Athen. XV. p. 683, C., quibus locis locum quendam, fortasse ne urbem quidem, inter Maeandrum et Lethaeum situm, Leucophryn appellatum, et Dianae templo clarum fuisse, certissime efficitur, unde Diana Λευκοφρύνη dicta, vid. Heyn. Antiquar. Aufs. I. p. 109. Xenophontis verba si in promtu fuissent Athenaei interpretibus, non tantas turbas excitassent de Nicandri loco unius literae mutatione sanando:

Οὐδ' αὐτὴ Λεύκοφρυς ἀγασσαμένη ἐπιμεμφής,
Ληθαίου Μάγνητος ἐφ' ὕδασιν εὐθαλέουσα. —

5.) *Athen.* XII. p. 533, E. sq.: *Χαμαιλέων δ' ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ περὶ Ἀνακρέοντος προθεὶς τό· ξανθῇ — Ἀρτέμων. τὴν προσηγορίαν ταύτην λαβεῖν τὸν Ἀρτέμωνα διὰ τὸ τρυφερῶς βιοῦν-*

τα περιφέρεσθαι ἐπὶ κλίνης· καὶ γὰρ Ἀνακρέων αὐτὸν ἐκ πενίας εἰς τρυφὴν ὁρμῆσαί φησιν, ἐν τούτοις· — De his duobus fragmentis optime meruit Herm. El. met. p. 429. — v. 1. βερβέριον praebuerunt edd. Ven. et Bas. et ms. A., ceteri βερβέρινα καλύμματα, Schweigh. coni. κερβέριον, quod posuit etiam Hermannus, vid. ed. mai. Anacr. — v. 3. Lacunam aperuit Hermannus, explevit Boisson. vocabulo διασῆσι, quod διασῆσιν rectius scripsisset. — v. 4. νεόπλουτον omnes edd. vett. et mss. νεόπλυτον tantum epitom. — v. 6. κίβδηλος βίος de praestigiatoris vita interpretor, cui et ipsa haec appellatio et ea, quae in sequentibus tribus versibus dicuntur, bene conveniunt. Alii servum Artemonem, servique poenas hic dici existimant. — v. 11. Παῖς κύκης vulgo, unde alii παῖς ἄκικις, alii παῖς ἄκικυς, Toupius παῖς τύχης emendare voluerunt; Hermannus articulum modo inseruit. De Κύκη ista nihil sane constat. — v. 12. Iacobs. ad Anth. anim. I, 2. p. 390. coni. γυνὴ ξέν' αὐτῷ. De voc. αὔτως cf. Buttmann. in Lexil. I. p. 39. —

6.) *Athen.* XIII. p. 599, C.: Ἐν τούτοις ὁ Ἑρμησιάναξ, σφάλλεται συγχρονεῖν οἰόμενος Σαπφὼ καὶ Ἀνακρέοντα, τὸν μὲν κατὰ Κῦρον καὶ Πολυκράτην γενόμενον, τὴν δὲ κατ' Ἀλυάττην τὸν Κροίσου πατέρα. Χαμαιλέων δ' ἐν τῷ περὶ Σαπφοῦς καὶ λέγειν τινάς φησιν εἰς αὐτὴν πεποιῆσθαι ὑπὸ Ἀνακρέοντος τάδε· σφαίρῃ — χάσκει· καὶ τὴν Σαπφὼ πρὸς αὐτὸν ταῦτά φησιν εἰπεῖν.

Κῆνον, ὦ χρυσόθρονε Μοῖσ', ἔνισπες
ὕμνον, ἐκ τᾶς καλλιγύναικος ἐσθλᾶς
Τήϊος χώρας ὃν ἄειδε τερπνῶς
πρέσβυς ἀγανός.

Ὅτι δὲ οὐκ ἔστι Σαπφοῦς τοῦτο τὸ ᾆσμα παντί που δῆλον, sc. ob temporum rationes, quas vid. ap. Blomfield., ita ut, si quidem Anacreon, ut videtur, haec scripsit, aliam Lesbiam virginem intellexerit sit necesse. — v. 1. σφέρ' αἴρει με πορφύρ' ἐνιβάλλων edd. Ven. et Bas., unde et Steph. Sed σφαίρῃ δεῦτε iam Ursinus, qui Anacreontis versus se ope veteris libri Farnesiani emendasse ait, et recc. edd. Barnesio autem et Pauwio hoc carmen ludibrio fuisse videtur. Quod scripsi δηὖτε, vid. ad fragm. ιγ'. — v. 3. Quod hunc versum omnibus numeris laborantem rursus ita emittere cogor, valde doleo. Nihil expedit ms. A. scriptura νηνὶ, nihil Ursini λαμβάνει. Schweig. voluit τήνη ποικίλα λαμβάνων, sine sensu, neque alibi Anacreon utitur ista pronominis forma. In sensu acquiescerem, si scriptum esset: κείνην ποικίλος ἀμβλέπων, sed talia possent multa coniectari. — v. 4. Legebatur ante Schweig. εὐκτικοῦ. — v. 8. ἄλλην sc. κόμην. —

7.) *Dio Chrysost.* T. II. p. 94, R. cf. Aelian H. AA. IV, 2.

et Athen. IX. p. 394, F. Ex Aeliano Barnes. et Pauw. inter tertium et quartum versum hunc intruserunt: χρυσῷ δὴ εἰκασμένη. — v. 2. ᾧ primus reposuit Cas. pro vulgato καί. — v. 11. ὧδ' οὐ νῦν vulgo, ὧδε νῦν Ursin. ὧδ' εὖ νῦν unus cod. reg. Ceterum non dubitare debebam de hoc infinitivo, qui in precationibus solemnis est, vid. Boeckh. ad Pind. nott. critt. p. 428.

8.) *Athen* XI. p. 782, A., et v. 1. ap. Demet. de elocut., et v. 3. et 4. Eustath. ad Il. ψ', p. 1322, 53. — v. 4. πυκταλίζω, quod male mutavit Baxter. in πυκταλεύω, Anacreonti tribuit Etym. m. p. 345, 38. —

9.) **Athen* XIII. p. 564, D. — v. 2 οὐκ ἀΐεις vulgo, quod emendarunt Seidler. de Dochm. p. 263. et Buttm. ap. Boeckhium de met. Pind. p. 288., ubi hoc et quod infra sequitur fragm. ια' ut Lydiae harmoniae exempla proponuntur. De hoc usu v. ἡνιοχεύειν cf. Iacobs. ad Anth. animadv. T. I, 1. p. 17., et ad Anth. Pal. p. 949. —

10.) *Athen* XV. p. 671, E. et iterum 673, D. Totum fragm. correxit Porson. in Adv. p. 145.; cf. Gaisf. ad Heph. p. 327. — v. 1. Articulus in initio vulgo abest. Deinde μεγίσθης legebatur ap. Athen., sed Anacreontis plerosque editores rectè μεγίστης cum Steph. et Ursino (Μεγιστῆς) scripsisse apparet ex Anthologiae pluribus locis, (Μεγίστη inter amicas atticas memoratur Athen. XIII. p. 583, E.) in quibus praeterea triplex accusativi huius nominis forma memorabilis: Anth. Pal. VII, 25., et Plan. (ap. Iacobs. post. Pal.) IV. p. 307. Μεγιστέα; Anth. Pal. VII, 27. et Plan. IV, 306. Μεγίσταν et Μεγίστην; iam quod Iacobs. haec omnia (uno in loco Μεγιστῆ VII, 27.) eodem modo scripsit Μεγιστέα, quasi a Μεγιστεὺς, id probare non possum. Apparet enim ex diversa ista scriptura pertinere huius nominis certe accusat. ad ionicam heteroclisin istam, ut Ξέρξης etc., vid. Buttm. Gr. uber. §. 56, not. 7, 3., quae ab ionico poëta fortasse primo commendata, deinde ceteris poëtis placuit: Μεγίστην et Μεγίστεα. Neque ignoto illi scribae, qui in Cod. Pal. VII, 27. adlevit quaedam in marg. aliud quidquam tribuere possum, quam hoc ipsum nescivisse. — v. 3. στεφανοῦται τῇ τε λύγῳ vulgo. — v. 4. καὶ τρύγα vulgo. —

11.) *Hephaest.* p. 34. et priora usq. ad κάδον, sed valde corrupta, Athen XI. p. 472, E., et iterum XIV. p. 646, D.; quaedam secundi versus etiam Pollux X, 70., et Apoll. Soph. p. 846.; cf. Boeckh. Pind. l. supra cit. et Herm. El. met. p. 575. — v. 1. λευκοῦ pro λεπτοῦ habet Ursinus. — v. 3. Magna diversitas scripturae ultt. verbb. in vett. libris: alii παῖδ' ἀβρῇ, al. παιδὶ ἀβρῇ, al. (cod. Rehdig.) παίδι ἀβρῇ, al. ποδι ἰ ἀβρῇ, Cod. Monac. παιδὶ' ἀβρῇ. Scaliger ad Catull. p. 16. cit. ποδὶ ἀβρῷ. Iam Vossius ad Catull. voluit παῖδ' ἀβρῇ et idem

postea Grotefend. ap. Schweig. Buttmannus vero ap. Boeckhium l. c. emendavit *παρὰ παιδί*. Hermannus denique l. c. scripsit quidem *παΐδι ἁβρῇ*, sed elegantius iudicat scribi *πόδας ἁβρῇ*, ut haec verba substantivi loco posita sint, quod ita si scribitur, propter articulum necessarium quidem, sed admodum durum mihi videtur. In Epitome doct. met. p. 205. scripsit vir summus rursus *παῖδ' ἁβρῇ*. Equidem synizesin in talibus praeferendam iudico, cuius tot iam indubia exempla et ab ipso Hermanno et ab aliis prolata sunt. —

12.) *Strabo* III, p. 151. Cas.: *Καρχηδόνιοι μετὰ τοῦ Βάρκα στρατεύσαντες κατέλαβον, ὥς φασιν οἱ συγγραφεῖς, φάτναις ἀργυραῖς καὶ πίθοις χρωμένους τοὺς ἐν τῇ Τουρδιτανίᾳ. Ὑπολάβοι δ' ἄν τις ἐκ τῆς πολλῆς εὐδαιμονίας καὶ μακραίωνας ὀνομασθῆναι τοὺς ἐνθάδε ἀνθρώπους, καὶ μάλιστα τοὺς ἡγεμόνας· καὶ διὰ τοῦτο Ἀνακρέοντα μὲν οὕτως εἰπεῖν· Ἐγὼ ἂν οὔτ' Ἀμαλθίης β. κ. οὔτε τὰ π. καὶ ἑκατὸν Τ. β. Ἡρόδοτον δὲ καὶ τὸ ὄνομα τοῦ βασιλέως καταγράψαι, καλέσαντα Ἀργανθώνιον· ἢ γὰρ οὕτω δέξαιτ' ἄν τις, [ἢ ἴσον τούτῳ] τὸ τοῦ Ἀνακρέοντος, ἢ κοινότερον, οὔτε Ταρτησσοῦ πολὺν χρόνον βασιλεῦσαι.* Poëtae verba emendarunt maxime Casaub. et Tyrwhitt. De *Ἀμαλθίας κέρας* vid. quos citat Friedemannus ad Strabonis locum. De rege isto vid. Luc. *Μακροβ.* c. 10. Cic. de sen. c. 19., qui cum Herodoto 120 annos illi tribuunt. Sed ab his quoque diversa tradunt Val. Max. VIII, 13, 4 et Silius Ital. III, 398. Ceterum in primo versu scribendum fortasse *ἔγωγ' οὔτ' ἄν*. —

13.) *Hephaest.* p. 40. cf. Herm. El. met. p. 464. — v. 1. Vulgatum *δ' ηὖτε* mutavi in *δηὖτε* secundum ea, quae nuper de his particulis egregie disputavit Buttm. in Lexil. II. p. 227. sqq. Sed hoc unum non probo, quod, quum Hephaestion in omnibus locis citt. *δ' ηὖτε* consentt. mss. habeat, vir doctissimus *δεῦτε* non *δηὖτε* scribi voluit, quam formam in ionico poëta quidni admittamus? praesertim quum etiam Athenaei opt. cod. A. in fragm. Anacr. *γ'* supra posito *δηὖτε* praebeat? Illud autem miror, praeteriisse virum doctum, *ἠὖτε* semper apud antiquiores poëtas, nunquam *ηὖτε* inveniri, ita ut in Homerum ultro inferre istam formam non ausim. Neque Apollonii, quem Buttm. non advocavit, arguta disputatio in Anecd. Bekk. 558. sqq. quidquam in contrariam partem probare posse puto, maxime si illa p. 560. *τῆς δὲ διαστάσεως* etc. accurate considerantur. Cf. etiam Theocr. *κβ'*, 49. var. lect. Valet igitur haec particula: 1.) *huc accedite*, Il. *ν'*, 481. 2.) *age, agite*, Hom. Od. *θ'*, 133. 3.) *ecce*, in Anacr. fragmentt. pluribus; nam de Alcmane res nondum tam certa videtur. —

14.) *Hephaest.* p. 70. vid. Herm. El. met. p. 436. Biberé

amorem Virgilium (Aen. I, 749.) dixisse adnotat Ursinus; cf. Philostr. p. 786. —

15.) *Clemens Al.* p. 623, D. Col. — v. 2. μέλπομαι vulgo, cui Heinsius μέλλω, Sylb. μέλπω substituere voluerunt. Sanavit locum Herm. vid. ad Od. Anacr. νγ', 3. — v. 3. ἀείδων vulgo, quod fortasse non reiici debuit. Eur. Heracl. 96. infinitivum h. v. adiunxit. —

16.) *Schol. Aristoph. Avv.* 1372., et primus versus etiam ap. Hephaest. p. 30. Alludit ad haec Iulianus in epist. ad Eugen. p. 386, B. Spanh. Legebatur in altero versu: οὐ γάρ ἐμοὶ θέλει, quae explevit Porsonus. —

17.) *Eustath. ad Il.* p. 1012. Rom. — v. 1. Ποσειδηΐων vulgo, fortasse scr. Ποσιδήϊος. — v. 2. ὕδει Barnesio debetur pro vulgato ὕδατι; cf. An. Bekk. p. 1209. — v. 3. βαρύνονται ἄγριοι δὲ vulgo, unde Barnesius fecit: βαρύνοντο καὶ ἄγριοι. —

Ibycus. Post Ursinum quum nemo huius fragmentis colligendis operam dederit, nos ipsi propediem ea cum Anacreonte in lucem emittemus. —

1.) *Athen.* XIII. p. 601, B., vid. Herm. in Epit. doctr. met. p. 120. — v. 2. μαλίδες scripsi cum Ursino pro vulgato μηλίδες. μᾶλα enim dixit idem Ibycus ap. Athen. XV. p. 681, A. — v. 5. Schweigh. malebat ὑπ' ἔρνεσιν, sed cf. Lex. περὶ πνευμ. post Ammon. Valck. p. 219. — v. 8. Corrupte vulgo ὥραντε ὑπὸ, unde Fiorillo fecit ὥςτε ὑπὸ cum hiatu, Iacobs. ad Anth. anim. III, 2. p. 155. sq. ἅτ' ὑπὸ, Hermannus, qui versus paulo aliter disposuit, ἅθ' ὑπό. Mihi hic necessario nova sententia ineunda videtur, neque voc. ἔρος verbo φυλάσσει apte iungi. Conicio igitur: ἀλλ' ἅθ' ὑπὸ, *sed veluti.* — v. 6. ἀθάμβησα cod. A., unde Herm. ἀθαμβείησι fecit, cuius vocis significatio hic pro re lenior esse videtur. Iacobs. praeterea tentabat ἐρεμνας, quo minime opus, neque necesse ἐρυμνὸς scribi cum Herm. — v. 7. παιδόθεν φυλάσσει ἡμετέρας φρένας vulgo, unde Hermannus duos versiculos fecit, servato ordine verborum. Sed cod. A. παιδ' ὅθεν, unde παῖς ὅθεν scribendo toti loco sensum suum et structuram restituisse mihi videor. Ceterum Naekius ad Choeril. p. 107. tentavit πεδόθεν τινάσσει, quod φυλάσσει frigidissimum ei videbatur. Sed tum mallem legere:

παιδόθεν αἰθύσσει
ἡμετέρας φρένας.

De h. verbo vid. maxime Schneid. Suppl. ad Lex. Gr. Nunc vero, ut nos emendavimus, verbum φυλάσσει ad παῖς relatum optime quadrat: *ex quo puella mentem meam custodit* i. e. *occupatam tenet.* —

2.) *Schol. Plat. Parm.* p. 329. Bekk. p. 40. Ruhnk. (nonnisi

quae diversa a nostris habet Bekkerus, dabo): Ἔρως — ταχερὰ — εἰς ἄπειρα δίκτυα Κύπριδος βάλλει — ποτὶ γήραϊ ἀέκων — εἶς — ἔβα. Praeterea quod olim legebatur, τρομέων ἴν correxit Schaeferus ad Greg. Cor. p. 228. Alia quaedam Bekkerus. — v. 2. ταχερὰ active, ut ap. Anacr. ap. Schol. Apoll. Rhod. III, 120., quorum locorum non memores fuerunt Athenaei convivae IX. p. 366. — v. 4. ἄπειρα neque metrum explet, neque sensui magnopere congruit. Fortasse scr. ἀπείρατα vel ἀτείρεα vel ἀτήρια. Ἀφροδίτης ἄρκυα dixit Ariphron in scolio infra v. 7. — v. 6. Simillime Homerus Il. χ', 22. Ceterum habes hic versum, cuius exemplum desiderat Hermannus in Epit. d. m. §. 303. —

3.) *Athen.* XIII. p. 564, F. et Eustath. ad Odyss. ζ, 167., cf. Pors. ad Med. 629. Iacobs. ad Anth. I, 1. p. 102. post μελέδημα inseri volebat Ἐρώτων. Hermannus lacunae signa posuit in Ep. d. m. §. 302., quem sequutus sum. —

4.) *Plat. Phaedr.* p. 242, C. Plutarch. Sympp. L. IX. p. 432. Suidas: Ἰβύκειον ῥησίδειον. cf. Ruhnk. ad Tim. p. 90. Suidas habet: περὶ θεούς. —

Hipponax. Primus huius fragmenta coll. et rec. Welcker. a. 1817. Cf. Annal. litter. Heidelb. 1819. n. 32. —

1.) *Stob. Floril.* p. 519. et Athen. III. p. 78, F. — v. 1. καθείρξαι Athen. καθείρξει Stob., ambo autem hoc ordine καθ. χρυσὸν ἐν δόμοις πολύν. Quum igitur πολὺν, optimorum utriusque scriptoris codd. lectio, scazonti non convenire videretur, alii πουλὺν, alii πολλὸν scripserunt, quorum prius recepit Welcker., posterius in Athen. editt. vulgatum est. — v. 3. γνοίη γ' ὅσῳ. Ath. γνώῃ σχάσοντας Stob., unde Iacobs. ad Athen. p. 105. γνώῃς χ' ὅσον scribi voluit. De forma γνώῃ vid. Lob. ad Phryn. p. 347. Ceterum Ananio hoc fragmentum tribuit Athenaeus, quem tamen horum poëtarum ipsa opera non ob oculos habuisse, sed ex aliorum citatis sua hausisse apparet ex iis, quae sequenti fragmento apposuit. —

2.) *Athen.* VII. p. 304, B.: Ἱππώναξ δὲ, ὡς Λυσανίας ἐν τοῖς περὶ Ἰαμβοποιῶν παρατίθεται, φησίν· etc. — v. 1. ῥύδδην pro vulgato ῥύδην reposui, ipso Welckero non improbante. Plura enim eiusmodi frequentat Hipponax. — v. 5. τρώγων vulgo ap. Ath. collocata particula τε ante ὀρείας. Hinc primo Erfurdt. coni. τρώγειν, ita ut πέτρας ὀρείας genitivi essent e σῦκα suspensi. Contra Hermannus: „At ionica dialecto utitur Hipponax“ dicens coniecit eleganter, sed audacius πέτρας σκάπτοντ' ὀρείας — τρώγειν. Welckerus denique ceteris vulgatae lectionis servatis scribit ultima: σῦκα τε τρία τρώγειν. Equidem satis habui τε post μέτρια collocare, id in hac quidem verborum collocatione elegantius esse ratus, quam ante μέτρια,

quod metrum certe tulisset. Quarti pedis solutio paulo rarior est observante Hermanno El. met. p. 154. —

Ananius. Huius quaedam dedit Welckerus in libro supra citato. —

Athen. VII. p. 282, B. cf. Herm. El. met. p. 89. — v. 2. Observa καρῖς Phrynich. p. 171. Lob. — v. 3. vulgatum ἡδὺ γ' —, κρέας emendavit Hermannus. — v. 4 et 5. Hi versus, praeter choliamborum naturam ἀρτίποδες facti, ita ab Hermanno emendati sunt, ut in priore κατέωσι σῦκ' ἔσθεν in altero κάλωπηκων scriberet, quam formam tueri vult Cyneg. scriptore I, 433. Welcker. concedit ἀλοπήκων, sed ἐσθίειν penultima ancipitem fortasse habuisse dixit, ut μηνίω, τίω etc.; quem miror non ad illa potius provocasse, quae dixerat ad fragm. XXI. Sed quum in priore versu praeter numerum etiam repetitum verbum ἐσθίειν, ex eodem voc. ἡδὺ pendens, forma insuper mutata, offendat, in altero autem nimis exigua sit anonymi illius auctoritas, facilius crediderim hos versus aliunde huc translatos esse, praesertim quum iis omissis nihil plane desideretur. — v. 6. corruptae vulgatae οἷος αὐτὸ ἔθ' (ἔτ' ms. A.) ὅταν θέρος τε ἦ emendatio debetur Heringae, probata Hermanno. Schweigh. recepit Casauboni coni. αὖ τόθ' ὅταν, illicito Anapaesto. —

Timocreon Rhodius. 1) *Plutarch Themistocles* c. 21. Emendatum fragmentum dedit Hermannus in praef. ad Epit. d. m. p. XVIII., quem in plerisque sequutus sum. — v. 1. Pausaniam et Leutychidam (cf. Herod. VI, 72.) constat morum integritate non aeque ac bellica virtute fuisse insignes. De Xanthippo autem, qui Aristidi aequiparatur ap. Diodorum XI., et fortiter contempsit oblatam pecuniam Herod. IX, 120., nihil tale constat, nisi forte illud, quod Miltiadem accusavit, aegre tulit Timocreon. — v. 5. Fortasse rectius scriberetur ὄντα, vel ingrato homoeoteleuto. Hermannus scr. ἐόντ', de quo vid. infra. — v. 6. et 7. vulgatum ἀργυρίοισι σκυβαλικοῖσι — πατρίδα emendavit Hermannus. De prosodia v. Ἰάλυσον, ⏑—⏑⏑, vid. Heyn. ad. Il. β', 656., Meinek. ad Euphor. p. 62. — v. 10. ἐπανδόκευεν vulgo, quod metrum pervertit. Hermannum miror, quod hic a verissima sua versuum descriptione deflectens hos tres versus ita dedit:

τοὺς μὲν κατάγων ἀδίκως, τοὺς δ' ἐκδιώκων,
τοὺς δὲ καίνων, ἀργυρέων ὑπόπλεως,
Ἰσθμίοις δ' ἐπανδόκευεν γελοίως ψυχρὰ κρέα παρέχων.

Ex mea descriptione apparet, quemque longiorum versuum epitritum in fine habere, quare supra etiam ξεῖνον ἐόντ' ferri non poterat; cf. conspectum metricum ad finem libelli. Ἰσθμίοις autem pro vulgato Ἰσθμοῖ non videtur opus esse ad sequentem

pluralem. Ceterum acute expediit Hermannus l. l. sensum formulae μὴ ὥραν γενέσθαι, quod cum hiatu legendum est. κηΰχοντο est lectio librorum, quam Hermannus mutavit in κεῦχοντο. In re adhuc suspensa — vid. maxime Matth. Gr. p. 304. ed novias. — libri sequendi. —

2.) *Schol. Aristoph. Acharn.* 532., Ran. 1337. Suidas s. v. σκόλιον; recepit Ilgen. in l. c. et Brunck. in Anal. I. p. 148. — v. 1. Vulgatum ὤφελες ὦ emendavit Ilgen., probante Hermanno, quem vid. ad Vig. 758. — v. 2. Vulgatum μήτ' ἐν γῇ correxit Brunck. — v. 5. et 6. ἔστι, quod vulgo aberat, Brunck. male in fine ultimi versus collocavit, quod initio apposui, ut praegressus versus integer fieret. Ceterum haec quoque, ut antecedens fragmentum, in Themistoclis avaritiam dicta esse suspicor, tim post pugnam Salaminiam, quum Themistocles ab insulis pecunias exigeret. Neque enim diu Timocreon illi pugnae fuit superstes, si vere est Simonidis, qui Ol. 77. obiit, epigramma in mortuum Timocreontem Anal. 61., Anth. Pal. VII, 348., apud Gaisford. n. 58. —

Simonides: Ursini lib. cit. Brunckii Anal. Gaisfordii poëtt. minorr. Quaedam habet etiam Ilgen. in Scoliis. —

1.) *Dionys. d. c. verb.* p. 432. Schaef. p. 236. Goell. Athenaeus IX, p. 396, E. haec habet: Σιμωνίδης δ' ἐπὶ τοῦ Περσέως τὴν Δανάην ποιεῖ λέγουσαν. Ὦ τέκος, οἷον ἔχω πόνον, σὺ δ' αὖτε εἰς γαλαθηνῷ δ' ἤτορι κνώσσεις. Nota fabula. Versus, quos Dionysius ut exemplum eorum affert, in quibus neque stropha neque antistropha neque epodus, quin vix numerus discerni possit, paullo aliter distribui, quam Herm. de Metr. p. 452., praesertim quum id ipsum virum praestantissimum nunc facturum fuisse persuasum habeam. — v. 1. Hiatum removendum puto, omissa part. ἐν, ut πνεῖν τινι pro ἐμπνεῖν τινι accipiatur. Deinde βρέμεν cum Schaefero et κινηθεῖσά τε cum Hermanno scripsi pro vulgato βρέμῃ et κιν. δέ. Nam βρέμοι cum vi iterativa, ut voluit Hermannus ad Vig. p. 923., mihi quidem h. l. prorsus non aptum videtur, quum ita sequentia quoque saepius facta cogites necesse sit, id quod Simonides vix velle potuit. — v. 3. Hiatum, quem poëta hic consulto, ut videtur, in re lugubri adhibuit, nolui removere voce δείματι praegresso versui adnectenda. ἔριπεν Ald. et Mss. Hudsoni: ἔρειπεν vulgo. Aoristum, quem cum augmento Brunckius iam et Gaisfordius posuerunt, postulat vis intransitiva. Sensus enim est: *quum navigio mira arte composito ventus inspirans commotaque unda fremeret,* prae timore concidit Danae, madidisque genis amplexaque est — dixitque. Hoc moneo, quod vulgo ita hunc locum interpungunt et vertunt, quasi λίμνα subiectum esset, quod si quis praeferret saltem οὐκ ἀδιάντοισι scribere

deberet, quo facto praecedens δὲ λίμνα stare posset. Ceterum adverte ad negationem οὔτε, quae si ad verbum βάλλε pertineret οὐδὲ dicendum erat, ut scripsit Brunckius, — v. 5. εἶπέν γε ὦ vulgo, unde hiatum, quamquam in alloquutione tolerabilem, sustuli, poscente numero, qui tamen ita quoque εἶπέ τε ὦ integer erat. — v. 6. οὐ δ' αὔταῖς ἐγαλασθηνω δεῖ δεινοώσσεις Ald. σὺ δ' αὖτε γαλαθηνῷ ἤτορι vulgo ap. Dionys.; Athenaeum vid. supra. Hinc Casaubonus: σὺ δ' ἀωτεῖς γαλαθηνῷ τ' ἤτορι, numero ab hoc carmine, nisi fallor, alieno. Plerisque tamen editoribus hoc ita arrisit, ut reciperent. Equidem tentabam σὺ δ' αὔτως γαλαθηνῷ, sed nunc tutiorem viam ingressus esse mihi videor, qua quidem numeri etiam cum ceteris congruerent. — v. 8. νυκτιλαμπεῖ: vario modo tentatum et explicatum optime explicavit Passovius in Lex. — v. 10. τάδε εἰς αὐλέαν δ' ὕπερθεν Ald. τοδ' εἰς (sic) eadem inter versus, ut observat Goellerus, τὺ δ' αὐαλέαν vulgo, quod tenent rec. editt. Sed quaenam est haec pergendi ratio: σὺ δὲ — τὺ δέ? cui Hermannus certe σὺ δὲ — σὺ δὲ substituit, quod ipsum tamen rhetori magis quam poëtae convenit. Ego Aldinam sequutus sum cum Hudsono et Reiskio. De voc. ἀλέγω cf. Suppl. Schneid. Lex. — v. 18. Fortasse scrib. κελόμην. — v. 20. μεταβουλία pro vulgato ματαιοβουλία dedit Schaeferus ex cod. Guelf. Vulgata tamen defendi posset, si scriberetur ματαιοβουλία δὲ τίς φανείη — σέο; — v. 22. ὅτι δὴ Ald. sec. Goellerum, ὅτι δὲ eadem sec. Hudsonum. Deinde τεκνόφι δίκας μοι, omisso σύγγνωθι, vulgo; σύγγνωθι addit cod. Reg. 1., κνοφιδίκας σύγγνωθι μοι Ald. Eadem habet in margine a Petri Victorii manu, ut videtur, „fortasse νόσφι δίκας συγ. μοι, quod inconsiderate recep. Goellerus. Schaeferus coni. εἴ τι δὲ τεκνόφι δίκᾳ, *ob iustam filii caussam*. Ego simplicissimam rationem sequutus sum: τεκνόφι δίκαν, *filii gratia*. —

2.) *Diog. Laert.* I. p. 56. Respicit Simonides versus Cleobuli Lindii, qui aeneae statuae in Mydae tumulo aeternitatem promiserat, vid. Anal. p. 76. Anth. Pal. VII, 153. — v. 3. Vulgo ἀεννάοις. — v. 7. Vulgo ἀντιθεμένου στήλας ap. Urs. et Diog. Sed ἀντιθετούμενος στήλας antiq. edd. ἀντιθέντα μένος τάλας codd. Stephani, unde rec. editt. ἀντιθέντα μ. στάλας. Ego dactylicum versum restitui, in ista glyconei forma penultimam non ancipitem esse ratus. —

3.) *Plutarch. consol. ad Apoll.* T. VII. p. 330. Hutt. — Versus vulgo male distincti. — v. 4. Edd. vett. Plutarchi et tres codd. Wyttenb. habent: ἄφυκτ' ὠμὸς, ceteri ἄφυκτος ὁμῶς. Reiskio placebat ὠμὸς, quod ego pariter atque ὁμῶς ex praegressa syllaba ος natum esse arbitror. —

4) *Diodor.* XI, 11. Praeter Iacobsium ad Anth. cf. Her-

mannum de metris p. 453. et de em. rat. Gr. Gr. p. 314. Eichstaedt. in act. soc. Lat. Ien. Vol. I. p. 198. — v. 3. *προγόνων*: immerito videntur huic verbo litem intendisse viri docti. Herm. scribi voluit *πρὸ χοᾶν*, probante Iacobsio; Eichstaedt. *πρὸ γόων*, Ilgen. vero haec *προγ. δ. μν.* spuria censet. Verum iam Rhodomannus probabiliter, quanquam parum latine reddidit haec: *proavos recordans*. Sensus totius loci hic est: occisorum — *sepulchrum est ara*, i. e. sacrum et reverentia dignum, *et maiorum memoria* i. e. maiorum virtutem posteris in mentem revocat. Ac magis etiam celebrarentur illi heroes, si scripsisset Simonides, *προγόνων δ' ἁ μνᾶστις*. — v. 7. Verba *ἀνδρῶν ἀγαθῶν* spuria censet Ilgen. Fortasse ad sequentia trahenda sunt, ut *ὅδε* scribatur. — v. 8. Vulgo *οἰκετᾶν* — *εἵλατο*, duplici vitio, quod eleganter emendavit Hermannus: *Habitat quasi Graeciae gloria in illo septo*. Corruptus Bekkeri Antiatticista p. 93. *ἐξαφείλατο Ἡρόδοτος πρώτῳ*, qui scriptor *ἀπελεῖν* non *ἀφελεῖν* dicturus erat. Periit scilicet verbum (*ἀπέσκα?* I, 17.), quod grammaticus *suo ἐξαφείλατο* explicare voluit. In Simonidis verba autem ex Diodori dialecto haec vox intrusa, cf. Lob. ad Phryn. p. 183. — v. 10. Haec verba usque ad finem spuria censet Ilgen., iure improbante Iacobsio. —

5.) *Anthol. Pal.* XIII, 28. Falso inter Callimachea referebatur, vid. Bentl. ad Call. epigr. 50. Librarii Palatini dubitationem, „*Βακχυλίδου ἢ Σιμωνίδου*" probabiliter solvit Steph. Byz. v. *Ἀκαμάντιον*, qui satisfecit Hemsterhusio ad schol. Arist. Pl. 954. et in addendd. ad Luc. T. I. p. 82. Sed adhuc dubitat Neueus, et propterea inter Bacchylidea dubiae fidei recepit. Ipsius carminis indoles atque metrum, si quis utriusque poëtae epiniciorum fragmenta comparat, aperte Simonidi adsignat. — v. 1. *Ὧραι αἱ Διονυσιάδες*, ut effectrices *τῶν Διονύσου ὡραίων* — vid. oraculum ap. Demosth. in Mid. p. 531. — apte designant Dionysia suo tempore redeuntia. — v. 6. *ἔθηκαν* Cod. Pal., quod emendavit Bentleius — v. 9. Neglectam caesuram in nomine composito *μελίγηρυν* notavit Herm. Epit. metr. p. 211. — v. 12. Cod. Pal. habet haec hoc ordine: *θῆκαν ἰοστεφάνων θεᾶν ἕκατι Μοισᾶν*, quae primo Bentleius transposuit: *θῆκαν θεᾶν ἰοστ. ἑ. Μ.* neglecta necessaria caesura. Iacobsius in A. P. tentavit: *Μοισᾶν θεάων θ. ἰ. ἑ.* Hermanni El. metr. p. 605.: ..... *θῆκαν ἰοστεφάνων θεᾶν ἕκατι* non intelligo, quum versus ita perimatur. Proxime a vero abfuit Neueus: *Μοισᾶν ἕκατι θ. ἰ. θεάων*. Facillime ego postremo duo vocabula initio simpliciter recuperavi, ubi ponere oblitus librarius imperite ea in fine collocavit. Ceterum quod attinet ad Argivum istum tibicinem, peregrinos quoque inter tibicines esse receptos docuit Neueus tribus allatis inscriptionibus. Ita

optime expediuntur quae de caritate horum hominum dicit Demosthenes in Mid. p. 565., quod divinavit iam Wolfius ad Leptin. p. XCIII. —

6.) *Anth. Pal.* XIII, 26. — v. 4. τέρμ' ἔχων, *gubernaculum summum* tenens. Ignota manus in margine apographi Gothani adscripsit ἕρμ' ἔχων, quod Brunck. et Iacobsius in utraque editione receperunt, iure improbante Buttmanno in Lexil. I. p. 113. — His adiunxissem memorabile Simonidis fragmentum, de quo in Platonis Protagora p. 339, A. — 346. argute disceptatur, nisi hoc ex illis esset, quae ipse sibi quisque probabilius quam aliis refingere solet. Viam monstravit Hermannus in Heindorfii editione, quae repetiit Gaisford. in Poëtt. minorr. Hic monuisse hac de re iuvenes sufficiat, ut istiusmodi interpretationis tam luculentum specimen accuratius explorent. —

Bacchylides: Ursini lib. cit. Brunck. Anal. quaedam etiam Ilgen. in scoll. et in Brunckii aliorumque Anacreontis editionibus, sed omnia poëtae fragmenta diligentius collegit et pertractavit Neue., 1822. —

1.) *Stob. Flor.* p. 367., et verba ἐν δὲ — βλεφάρων habet Plutarch. Numa c. 20. Versus aliter descripsi quam Neueus, qui in dialecto quoque plura audacius mutavit. — v. 1. τε omittunt Steph. et Ursin., recte fortasse. — v. 2. Brevem hic puto antepenult. in μελιγλώσσων, Pindari auctoritate motus; cf. Herm. de dial. Pind. p. VIII. Ita non opus corrigere cum Boeckhio et Neueo: πλοῦτον μελιγλώσσων τ' ἀοιδᾶν. — v. 3. δαιδαλέων δ' ἐπὶ Ursin. non male. — v. 4. θεοῖσι τίθενται vulgo, θ. ἔθεσθε ms. A. Voss. Arsen. et ed. Princ. αἴθεται, recentt. editt. probatum, debetur Leopardo emendatt. IV, 21. — v. 5. μηρίδες εὐτρίχων vulgo; μηρίταν εὐτ. Voss. Arsen. μηρῦταν A. μηρία τῶν Leopardo debetur Urs. et Br. τῶν omitt. Ex vulgata lect. probabiliter extricavit μῆρα δασυτρίχων Buttmannus, quem sequuti sunt Boeckh. et Neueus. — v. 7. Plutarchus haec exhibet hoc modo: ἐν δε σιδαροδέτοις πορπαξιν αἰθᾶν δ' ἀραχνᾶν ἔργα, καὶ ευρὼς δάμναται ἔγχεά τε λογχωτὰ ξίφεά τ' ἀμφήκεα, χαλκέων δ' οὐκέτι σαλπίγγων κτύπος, οὐδὲ συλᾶται μελίφρων ὕπνος ἀπὸ βλεφάρων, unde Stobaei σιδαροδέτοισι — ἱστοὶ πέλονται, prius cum B. et N., alterum cum Valck. diatr. p. 169. correxi, et εὐρὼς adscivi cum Leopardo, non tamen ante δάμναται, uti plerique recentt. editt., sed cum Br. post illud collocavi. Neque sequutus sum Ursinum πλέκονται, Boeckhium χάλκεος et γλεφάρων, Grotium θάλκει scribentes scripturosve contra veterem auctoritatem. — v. 12. ἀμὸν scripsi cum N. et Br. ex Heynii emendatione pro vulgato ἅμος. —

2.) *Stob. Flor.* p. 569. et priores quattuor versus ibid. p. 1. Et hi quidem vulgo ut duo leguntur, neque aliter Neueus, qui

v. 2. adeo delevit innocens ἐστίν. Recte tamen idem v. 1. δὲ inseruit. Verba δύναται διατελεῖν, sic enim vulgo, contrario ordine collocare iam voluit G. Dindorf. ad Stob. ed. Lips. p. 8. Scabri quid habere δύναται iunctum cum διατελεῖν Neueus putans suasit διαντλεῖν, quod minime probo; δύναται dicit poëta, ut hoc potissimum eluceat, si quis, etsi pauci possunt, tamen potest. — v. 5. οἷς δὲ μυρία μὲν vulgo, unde Grotius ὅς δὲ, Br. ᾧ δὲ petierunt. Egregie Neueus ᾧ δὲ μέριμν', quod recepi, quanquam οἷς me retinuisse mallem, quum transitus ad singularem h. l. bene defendi possit. — v. 6. τὸ δὲ παρόμαρτε νύκτα vulgo, unde Br. et Ilgen. τὸ δὲ πᾶν ἦμαρ cet. Ego cum Neueo Grotii emendationem probavi. — v. 7. Ex librorum corrupta lectione αόνι ἄπτεται extricarunt ἔον ἰάπτεται Grotius, probante Neueo, ἀνίᾳ δάπτεται Iacobs. et Ilgen., qui postea tamen coni. ἄνοον ἰάπτεται. Et δάπτεται iam Steph. habet, omisso αονι, quod ne Gesnerus et Brunck. quidem posuerunt. Denique Boeckh. coni. αἰὲν ἰαπτεται, quod aptissimum arbitror. — His adiunxit Neueus alia quaedam ex Stobaeo p. 570., quibus antistropham incipi putat. Sed hoc ex veriore, opinor, quam dedi versuum descriptione vanum esse apparebit.

3.) *Athen. Epit.* II. p. 39, F. cf. Eustath. ad Il. υ', p. 1198. Antistrophicam rationem huius fragm. primus aperuit Neueus, lacuna recte indicata in initio antistrophae. — v. 3. ἔλπις δ' αἰθύσσει vulgo, quod retinuit Ilgen., probante in addendd. Iacobsio, quod Neue. monere debebat. Brunck. v. Κύπριδος ad sequentia trahens scripsit: Κύπριδος δ' ἔλπις αἰθύσσει, Neueus vero scr. Κύπριδος· ἐλπίδι δ' αἰθύσσει φρένας ἀμμιγνυμένας. In errorem inducti sunt viri doctiss. falsa interpretatione verborum πέμπει μερίμνας ὑψοτάτω, quae non signif. *proiicit, amovet curas*, sed, ut sequentia αὐτὸς πόλεων cet. perspicue docent, *erigit mentem spes, efficit ut altiores vir capiat spiritus, maiora affectet*, siquidem ὑψοῦ πέμπειν idem non esse potest quod κάτω vel πόῤῥω πέμπειν. Neque μέριμνα semper est *anxia, molesta cura*, sed etiam simpliciter *procuratio, studium*. Similiter Pind. Pyth. VIII, 126, sqq. Poëtice autem dicitur ipsa spes ἀμμιγνυμένα Διονυσίοισι δώροις, quod proprie τῶν φρενῶν erat, qua figura apud lyricos et tragicos nihil frequentius. Asyndeton autem eodem iure quo infra αὐτὸς πολ. ab ipso Neueo agnitum. — v. 6. αὐτὸς μὲν πόλεων vulgo, καί τις μὲν Br., sed recte Neueus simpliciter μὲν omisit. Idem tamen verbi λύει primam productam non Homerico θύε defendere debebat, sed ipsum λῦειν comparare ap. Hom. Odyss. η', 74. et Teleclid. ap. Plutarch. Pericl. c. 16. in anapaestis. Neque viro doctiss. in ultimis μαρμαίροισιν — αἰγλάεντα νᾶες ἄγοντ' contra mss. scribenti assentior. —

4.) *Athen.* XI. p. 500, B. Versus vulgo male descriptos ne Neueus quidem probabiliter in heptametrum et pentametrum troch. distinxit. Tertium, quominus catalectum facias scribendo σκύφοις, impedit neglecta tum caesura, quae e contrario in acatalecto non in medio versu esse potuit, ut bis in duas aequales partes dilaberetur. —

5.) *Clem. Alex.* p. 795. Pott. — v. 1. παρ' οἷσι, quod vulgabatur, iam Steph. et Ursin. emendarunt. — v. 2. τῷ δαίμονι δῶκε vulgo, ὁ δαίμων δῶκε Br. ex Ursini coniectura. Meliorem Neuei emendationem recepi. In ultimo versu δύαις dederunt Steph. Urs. Br. —

6.) *Stob. Flor.* p. 551. et postremos duos idem p. 530. — v. 1. Contra mss. scr. Neueus ὧτε. Idem probabiliter coniecit κακῶν ex nota veterum hac de re sententia. Nam ne de gloria quidem accepto καλῶν, ut N. denique vult, stabit sententia. Ultimum versum Stobaei mss. p. 551. depravatum exhibent. —

7.) *Clemens Al.* p. 731. Pott. Quo iure haec Bacchylidi tribuantur vid. ap. Neueum; nam Clemens nonnisi, ὁ λυρικός φησι, inquit, allatoque fragmento pergit: Πίνδαρος δὲ ἄντικρυς καὶ σωτῆρα Δία συνοικοῦντα Θέμιδι εἰςάγει, βασιλέα σωτῆρα δίκαιον ἑρμηνεύων ὧδέ πως· vid. fragm. 100. ap. Heyn. De sensu cf. etiam Soph. Oed. Col. 1381. sqq. Versus priores aliter quam Neueus distinxi. — v. 5. ἄγυιαν interpretationis caussa serius additum suspicantur Boeckh. et N. — v. 7. Recte N. illud ᾧ omittendum censet, quod Br. mutavit in οἷ. —

Callistratus. Huius ignoti poëtae hoc unum scolion servavit *Athen.* XV. p. 695, A. sq. Tractarunt praeter alios maxime Lowth. de sacra Hebr. poës., Ilgen. in scoll.; Brunck. et Iacobs. in Anthol. T. I. editumque etiam in Brunckii aliorumque Anacreonteorum editionibus et ab Hermanno El. met. p. 695. Callistrato tribuit Hesych. v. Ἁρμοδίου μέλος. Leve quidem est, quod Ilgen. singulas strophas pro singulis scoliis habet — iam Casaubonus primam a reliquis seiunxerat — illud gravius, quod Callistrato tantummodo secundam, postremas duas imitatoribus adscribit propter schol. ad Aristoph. Acharn. 980: ἐν ταῖς τῶν πότων συνόδοις ᾖδόν τι μέλος Ἁρμοδίου καλούμενον, οὗ ἡ ἀρχή· φίλτατε Ἁρμόδιε, οὔτι που τέθνηκας etc. At ex his nihil aliud probari poterit, quam alio ordine has strophas scholiastam legisse, qui quidem iam primitus variabilis fuerit. Ex nomine Ἁρμόδιος autem, quod in omnibus quattuor strophis recurrit, totum carmen Ἁρμόδιος aut Ἁρμοδίου μέλος appellatum ap. Aristophanem aliquoties, Hesychium, Suidam. Denique in huiusmodi cantaminibus nihil facilius ferendum quam sententiarum similitudo. Callistratus ille quis, quove tempore fuerit, non constat. Ante Aristophanem sco-

lium eius decantari solitum esse apparet. — Sequebatur autem in eo, ut par erat, plebis Atheniensis opinionem, Hipparchum Pisistratidarum natu maiorem et tyrannum, eoque occiso liberatos esse Athenienses. Quam quidem studiose refutavit Thucydides I, 20. VI, 54. sq. neque agnoscunt Herodot. V, 55., Clidemus ap. Athen. XIII. p. 609, D., ubi falsa scriptura decepit Ilgenium, aliique seriores; contra sequuti sunt Pseudo-Plato Hipparch. 229., popularis Demosthenes c. Mid. p. 569. Lept. p. 478, et qui statuas illis poni iusserunt; cf. etiam Marcellinum in vita Thucyd. p. 319. ed. Poppo. —

v. 1. Huc alludit Aristoph. Lysistr. 632 sq., ubi vid. schol. et Suid. in v. ἐν μύρτου. — v. 2. χάριστογείτων: laudo [illegible] cium Buttmanni in Gr. uber. p. 122, not. Callistrati enim non idem phalaeceus qui Sophoclis. — v. 3. κατανέτην vulgo ap. Ath., unde Schweigh. cum duobus codicibus κτανέτην vulgo ap. Ath., unde Schweigh. cum duobus codicibus κτανέτην, rectius fortasse scripturus κανέτην et hic et infra praesertim quum v. 12. quoque forma καίνω propter metrum sit necessaria. — v. 5. οὔπω τέθνηκας Athen., quod emendarunt Br. et Lowth. ex schol. Arist. l. c. Alii scripserunt οὔ τί πω, uti Ael. Aristid. haec verba laudat, p. 80. Iebb. — v. 7. Ἀχιλλεὺς vulgo ap. Ath. — v. 8. φασὶ τὸν ἐσθλὸν Δ. Ath. — v. 11. Ἀθηναίης, cf. Prol. ad Anacreontea p. 31. — v. 14. Ἁρμόδιε vulgo, quod cum Ilgenio corrigendum esse putavi ex legitima et solemni ratione Graecorum poëtarum in his vocativis, in quibus alia omnia facilius quam hoc defendi poterit, quum vel in prosaria oratione trita esset ista enallage, praesertim in appositionis quodam genere, cf. v. c. Plat. Hipp. mai. init., quod tamen alia caussa poëtas fecisse constat. — v. 15., 16. κτανέτην et ἐποιησάτην cum plerisque in legitimam formam mutare non ausus sum post ea, quae a Schaefero pridem ad Apollonium et a Buttmanno Gr. uber. in add. ad §. 87. monita sunt, quanquam in hoc quidem carmine credibilius vulgarem formam a poëta profectam, sed a librario imperito ex prima stropha immutatam esse. —

Aristoteles. Praeclarum hoc Aristotelis poëticum monumentum servarunt *Athen.* XV, 696. et *Diog. Laert.* V, 5., nam Stobaeo inseruit, ut alia multa, Gesnerus ex Laertio, quod primus docuit Gaisfordius. Tractarunt praeter Athenaei, Laertii et Stobaei editores maxime Anglus quidam in Hurdii commentario ad Hor. art. poët. Brunck. et Iacobs. in Anthol. T. I. Ilgen. in Scoll. Buhle. in vita Aristot. opp. T. I. aliique, quos vid. ap. Ilgen. et Iacobs. Metrorum rationem attigerunt potissimum Anglus ille, (quem Tyrwhittum esse suspicantur) Ilgen. et Iacobs., sed antiquam auctoritatem habet versuum descriptio nullam; quos primus Stephanus in lyrr. poëtt. distinxit. Hinc

prorsus ex meo arbitrio numeros disposui. — De Hermia, Ἀταρνέως urbis in Mysia tyranno, quae diversa tradunt veteres, diligenter collegit Iacobs. Praeter Laertium vid. maxime Himerium orat. VI, 6. Luc. Eunuch. c. 9. Demetr. de eloc. p. 314. Diodor. XVI, 52. Strabo XIII. p. 420. Suidas in Ἀριστοτέλης et adde duo epigrammata ex Laert. et Eusebio a Iacobs. in appendice Anthol. Pal. edita n. 8. et 38. Hospitio ille excepit Aristotelem benigne, id quod hic in fine hymni grato animo profitetur. In singulorum scriptura Laertius et Athenaeus ita differunt, ut modo hunc, modo illum sequi debeas, in universum tamen Laertius praeferendus videatur, praesertim si huius scripta severius castigata fuerint. — v. 2. βίω dorice Buhlium ex Sylburgii sententia scribentem docte refutavit Iacobsius. — v. 4. ζηλωτὸς Ἑλλάδι omisso ἐν Ath. — v. 5. ἀκαμάτους Ath. — v. 7. καρπὸν εἰς ἀθ. Laert. καρπόν τ' Ath. Corrigunt alii: τοῖον ἐπὶ φρέν' ἔρωτα βάλλεις καρπὸν φέρεις τ' ἀθάνατον. Ilgen. scripsit: καρπὸν σεῖ' ἀθάν. Fortasse: καρπὸν σύγ' ἀθάν. — v. 8. μαλακαυγῆ τοῖο Ath. μαλακωτάτοιο coniecit Maittaire, μεγαλαυχήτοιο scripsit Br., quem plurimi sequuntur. Laertii scripturam, quam posui, defendit et explicavit Ilgen., sed ita, ut ab αὐγὴ illud derivaret, quod repugnat omni analogiae μαλακαυγης vel μαλακαυχος tum postulanti. Itaque ad αὐγέω recurrendum, quod si idem primitus significare potuit quod αὐγάζω *cernere*, res erit planissima. Somnum enim dici posse μαλακῶς αὐγάζοντα, vel accuratius μαλακῶς αὐγάζειν ποιοῦντα, quis neget? Fateor tamen me in nostro quidem loco male habere tam rarum et exquisitum epithetum, qui pervulgatum potius et aliunde iam satis notum vel maxime requirit. Itaque praefero adhuc Maittairii coniecturam, quae lenior est quam primo adspectu videtur αυ et ω, γ et τ saepissime confusis. — v. 9. σεῦ θ' ἕνεκεν ὁ Διὸς Ath. σοῦ δ' ἕνεκ' ἐκ Δ. Laert. Emendatio debetur Brunckio. — v. 11. ἔργοις ἀναγορεύοντες Laert. ἔργοις σὰν ἀγρεύοντες Ath., quae emendavit anonymus ap. Hurd. — v. 12. σοῖς τε Laert. Ἀχιλλεὺς vulgo. — v. 15. καὶ Ἀταρν. Ath. — v. 16. χήρωσεν αὐγάς: *destituit lumen solis* sc. sui conspectu i. e. mortem oppetiit. Ita interpretantur, sed argutius profecto et durius, ut longe praeferenda esset Laertii scriptura αὐγᾶς, si huiusmodi derivata in οω etiam intransitive ab antiquis scriptoribus usurpari probatum et certum esset. At neque probavit neque poterit, mea sententia, hoc quisquam probare in iis certe, quorum altera intransitiva forma in ευω vel εω exstat. Itaque hic quoque praefero Maittairii coniecturam χήρευσεν αὐγᾶς. — v. 17. ἀοίδιμος Laert. et Ath., quod correxerunt ἀοίδιμον, idque ipse invitus in textu reliqui. Respondent sibi

ἐπίδημός ἐστι et ὑπὸ Μουσῶν ὡς ἀθάνατος αὐξηθησόμενος, quae posteriora active poëta expressit. — v. 18. ἀθάνατοι Laert. — v. 19. sqq. Recte quidem Ilgen. omisit interpretamentum Μοῦσαι, quod vulgo post αὐξήσουσιν legebatur, sed quod infra αὔξουσαι quoque abiecit, id et audacius est, et verborum σέβας et γέρας adducit sensum ab hoc loco plane alienum. Alia tentabat Schaefer. in praef. Anacreont. p. VII.; sed et eundem in praef. Apollon. p. XIII. Eiusdem verbi iteratio cum omnino nihil saepe offensionis habet apud Graecos, ut praeter alios monuit etiam Wunderus meus in Adversa. p. 12. — nam alius fere generis sunt quae post Seidlerum in Vers. dochm. p. 278. attulerunt Elmsl. ad Med. 1240. et Personum Vratislavienses editores p. 200. — tum maxime in iis locis, qualis hic est, ubi alterum verbum universe accipiendum: *extollent vel celebrabunt eum Musae, quae solent Iovis hospitalis venerationem firmaeque amicitiae decus celebrare.* — v. 21. βεβαίου Laert. quod retineri debuit cum Ilgenio. —

Ithyphallus. Huius quanquam auctor latet, aetas tamen satis certa, ita ut in chronologicum lyricorum ordinem recipere haud dubitaverim. Quo exceperunt Athenienses, ut Athenaeus, qui eum Lib. VI. p. 253. servavit, refert, Demetrium Poliorceten, Antigoni filium, ex Leucade et Corcyra Athenas venientem, quum urbe eiecisset Demetrium Phalereum, quod constat factum esse Ol. 118, 2. cf. Diodor Sic. XX, 45., 46. Post Casaubonum tractavit eum maxime Toupius in epist. crit. p. 143. ac bene de eo meruerunt etiam Porsonus in appendice et Iacobsius in Additamentis ad Ath. Sumpserat eum Athenaeus ex Duridis Samii historiarum libro XXII., memineratque eius haud obscure etiam Demochares, Demosthenis oratoris consobrinus, in suis historiis, de adulatione Atheniensium conquerens, cuius sane hoc est insigne monumentum. — v. 1. Non est, quod cum Casaubono initium deesse credas. Saepe incipiunt poëtae carmen ita, quasi aliquid praecessisset. Et hic quidem cogitari potest ὁρᾶτε vel ἀείδομεν vel ἡδόμεθα. — v. 3. Verba mss. Ἐνταῦθα Δημήτριος ἅμα παρῆν ὁ καιρὸς explevit Casaubonus, correxit Porsonus. Lusus est in similitudine nominum Δήμητρα et Δημήτριος. Ὁ καιρὸς autem est tempus mysteriorum celebrandorum, in quod incidit Demetrii adventus. — v. 7. 8. Verba mss. καὶ καλῶς γελῶν πάρεστε ex epitome explevit et correxit Casaub. quae confirmavit ms. A. — v. 9. 10. σεμνὸς ὅθι φαίνονθ' οἱ — αὐτοῖς correxerunt critici ex codd., ita tamen, ut ὅθι relinquerent, quod vel maxime claudum Iacobsius ita tentabat: σεμνὸν διαφαίνεθ' οἱ etc. Videntur autem φίλοι isti adulatores Demetrii esse, nam Athenienses, τῶν κολάκων κόλακες, etiam hos divino honore mactasse. refert

Athenaeus. — v. 11. Vulgatum ὥσπερ εἰ coniunxi, ut non opus sit Tyrwhitti ὥσπερ οἱ. Referunt hoc ad corporis formositatem, qua excelluisse dicitur Demetrius. — v. 13. Nescio quomodo in textu posuerim speciosum illud καὶ Πόσ. pro καὶ Ποσ., quod bene habet. — v. 24. Casauboni coniectura περικρατοῦσαν vehementer placuit criticis, quae, etsi elegans, necessaria tamen non est; *obiit totam Graeciam* i. e. bellum et calamitates ubique dissipavit. Meminisse enim debemus etiam τὸ ὑπερβολικὸν esse huic carmini proprium. Intelligitur autem Cassander cum suis. — v. 25. Αἰτωλὰς ὅστις ex ms. A. recepi, quod recte habere hodie constat; vid. Vig. p. 708. Vulgo Αἰωλίδ' ὅστις legebatur, quod multo durius. — v. 31. Vulgatum σχόλασον bene correxit Toup. — v. 34. ἢ πεινῆν ποιήσει vulgo, ἢ σπεῖνον π. ms. A., unde σπίνον Iacobsius emendavit et illustravit. Si vera haec lectio, auctorem mythum quendam, quo Sphinx Thebana in istam avem transmutata esse traderetur, ob oculos habuisse crediderim. —

Simmias. Hoc carmen, quod Hephaest. p. 31. laudat et Zachar. Callierga in calce Theocriti cum reliquis Simmiae et Theocriti figuratis carminibus edidit, Anthol. Palatina XV, 24. sine nomine habet cum duobus scholiis graecis ad crisin fructuosissimis. Excellit autem ita inter ceteros huiusmodi lusus poëtica virtute, ut vel antiquiore aetate non indignum videretur, nisi ipse iste lusus versuum Alexandrini poëtae aetatem manifeste proderet. Quum valde corruptum legeretur, multi in eo emendando operam collocarunt, quos vide ap. Iacobs. in anim. ad Anthol. I, 2. p. 7. Emendatissimum idem exhibuit in Anthol. Pal., ut in uno verbo tantum ab eo discesserim. Scripsi enim v. 3. et 10. ἔκρινα cum cod. Pal., cui Iacobsius ἔκρηνα substituit, quod neque necessarium et ionicum est; adde quod scholiasta quoque suo ἦρχεν codicis lectionem explicasse videtur, siquidem ὁ ἄρχων κρίνει. —

Sotades. Huius quaedam dederat Brunckius in poëtt. gnom., plura et numeris egregie restituta Hermannus in Elem. metr. p. 445. sqq. Idem monuit ex Aristide Quintiliano hos versus ad solam recitationem sine modulatione esse compositos.

1.) *Stob. Flor.* III, 38. — v. 2. Post καλὸν comma ponendum. — v. 7. σὺ metri caussa probabiliter reposuit Hermannus. — v. 8. φίλον Stob. ruente metro; hinc Br. φίλον μηδαμῶς, Herm. φίλον τὸ σὲ μηδὲν posuerunt; Gaisfordius μηδέν ποτ' coniecit. At quod φίλιον alienum putemus, nam hoc cuique statim in mentem venit, nulla est caussa post ea, quae Seidlerus ad Eurip. Troad. 249. monuit. Est fere idem quod οἰκεῖος vel συνήθης. In fine ζῆν scribendum erat. —

2.) *Stob. Flor.* XCVI, 528. — Vulgo scribebatur v. 1. καὶ δίκαιος — ὃς ἐὰν ᾖ, v. 2. τοῦ φθόνου — μερίδα μῶμον v. 5. τεχνίτης τις — πεποίημεν, quae omnia emendavit Hermannus. In postremo versu πάλι cum Gaisfordio scribendum, si, ut videtur, haec forma - - ◡ - bis deinceps poni non solebat. —

Melinno. Stob. Flor. VII, 87. Falso haec in editionibus Erinnae poëtriae tribuebantur, quum tamen et Photii catalogus et Stobaei optimus codex nomen Melinno (plures codd. Photii Μελινὼ) exhibeant. De qua re cf. Welckerum fuse disserentem in Creuzeri Meletem. II. p. 18. sqq. Neque, ut infra videbimus, temporum certe rationes obstant, quominus hanc Melinno eandem esse putemus, quae in Nossidis epigr. VII. Anth. Pal. VI, 353. intelligenda. Ibi enim non imaginem, cum Bentleio et Iacobsio, sed ipsam vivam filiam intelligi debere, quam adspiciens Nossis propter similitudinem cum Melinno matre Αὐτομέλινναν vocaverit, postrema perspicue docent. Ita igitur habemus haud dubie Locrensem, cf. Iacobs. in catalogo poëtarum ad Anth. T. XIII. in Nosside, poëtriam, cui profecto Romae urbis encomium multo probabilius tribui potest quam Lesbiae. Etenim illorum sententiam, qui hoc carmen in Fortitudinis deae laudem scriptum esse cum Stobaeo putarunt, idem Welckerus docte et feliciter depugnavit l. l., compositis pro utraque opinione virorum doctorum sententiis. Siquidem igitur haec nostra Melinno aequalis Nossidi fuit, cuius aetas satis definita est epigr. VI., Anthol. VI, 132., et aetatem paullulum produxit, sponte ducimur ad ea tempora, quibus Romani inferiorem Italiam feliciter depugnabant ipsoque potentissimo Pyrrho devicto suo nomini splendidissimam auctoritatem conciliabant, ut Ptolemaeus Philadelphus quoque et gratularetur iis et societatem suam offerret. Sed est tamen quod etiam seriora, certe primi punici belli tempora intelligere suadeat, maritimum puta imperium, quod v. 10. memoratur, nisi forte adulationi, quae per totum carmen conspicua est, hoc tribuere malis. — v. 3. σεμνὸν — Ὄλυμπον de augusta sede in universum apud antiquiorem poëtam vix reperias. — v. 5. μόνᾳ scribendum erat. πρέσβειρα rec. Welckerus ex Gesneri margine. — v. 10. στέρνα; cf. interprett. ad Soph. Col. 691. — v. 19. εὔσταχυν Δαμ. *tam fertilem ut Cereris segetem* cet. Brunckius male ἀνεῖσα mutavit in συνείσης, cf. Oed. Tyr. 270. — v. 20. καρπὸν ἀπ' ἀνδρῶν multo audacius dictum quam οἶνος ἀπ' ἀμπέλου infra in Hybriae scolio et alia huiusmodi, in quibus ἀπὸ originem aut instrumentum denotat, vid. Matth. Gr. p. 1129. sqq. ed. noviss. Etenim ipsi ἄνδρες sunt h. l. καρπὸς, ut potius talia comparanda ἀπ' οὐρανόθεν, ἀπὸ κρῆθεν etc., quae pleonasmis adnumerantur, Vig. p. 886. —

Phaedimus. Analect. I. p. 261. Anth. Pal. XIII, 22. In hac precatione ad Apollinem nondum omnia satis expediri potuerunt. — v. 1. *Γίγαντος*, h. e. *Πύθωνος*. — v. 2. ἑκάεργ' ἀνάσσων: Talia epitheta pro ipsis nominibus poni vel ex Homero constat (Il. τ', 398. θ', 373. etc.), quae Wolfius tum maiuscula littera insignire solet, quod non probo. Brunckius hic scripsit: Ἄπολλον, Iacobs. coni. ἀνάκτωρ: neutrum opus. — v. 3. οὔ οἱ C. Pal. οὔ σοι scr. Br. δή σοι — λυέτω vel οὐδ' ἡ — λύεται Iacobsius, quanquam dubitanter. — v. 4. ἠϊθέοις οἶστρον C. Pal., unde ὀϊστὸν praeclare coni. Iacobsius. Ut ego totum locum constitui, sensus universus est hic: quam sagittam ad monstra et feras interficiendas adhibes, pro ea contorque illam quae est Amoris. Pharetra vocatur λυκοκτόνος pro ipso Apolline, eademque λύεται ὀϊστοῦ i. e. evacuatur sagittis, ex ea depromuntur sagittae. Iacobsius infra *Σχοῖνον Θηβαϊκὴν* intelligit cit. Strab. IX. p. 408, ita ut Melistio iuvenis fortasse celeberrimae isti sacrae amatorum cohorti adscriptus fuerit — vid. Perizon. ad Aelian. V. H. III, 9. Valcken. ad Callim. eleg. fragm. p. 219. sqq. add. infra Chalcidensium Ἐρωτικὸν p. 78. — quos amor purus et sanctus ad fortiter pugnandum inflammabat. Quae ratio, probabilior sane quam certior, illud certe quodammodo clarum reddit, cur Apollo potissimum ad hanc rem invocetur, ex iis quae Pausanias X, 9. tradit de cultu huius dei apud Thebanos. — v. 7. 8. Merito in his haeserunt critici, sed Brunckius ea audacius refinxit: Ἔρως γὰρ — οἶδεν ἀεὶ — ἀέξειν. Alia proposuit Iacobsius nihilo certiora. Videntur haec ita explicanda: ἐκ πυρὸς (ἔρωτος) γὰρ γίγνεται ἀλκή. Ceterum ἀέξειν habet C. Pal. — v. 9. *Μελιστίωνος* π. σ. poëtica circumlocutio, sed rursus ea ambigua, aut: ὃν πατὴρ σέβεται; aut ὃν ἤδη ἐκ πατρὸς σεβόμεθα. — v. 10. ἐπίηρα δέχθαι, vid. Buttm. Lexil. I. p. 56. —

Babrius. Huius duo selegi ex C. E. Ch. Schneideri editione, et ita, ut hic vir doctissimus ad iustos numeros revocavit, exhibui. Ad sensum quum nihil insit difficultatis, pauca tantum, quae ille in scriptura mutanda putavit, indicabo. Vulgo igitur leguntur:

1.) v. 2. βάλλη. — v. 5. Φοῖβος τὸ τόξον ἐκκυκλώσας — [v. 6. fortasse scribendum ἐκτός.] v. 7. ἔστη. — v. 9. ἔλαβεν μὴ τοξεύσας. [In v. 8. corrige ποῦ βάλω]. —

2.) v. 1. ποτε σὺν. — v. 2. ἀδίκους — κρίνων. — v. 3. πλείω. — v. 4. μηδενός. — v. 8. συνεκάτει. — v. 10. εἶτ' οὖν κἂν ἐξῇ. —

Alphēus. Anal. II, 129. Anth. Pal. IX, 110. — v. 4. Iacobsius in Anth. Pal. posuit μηθὲν, nescio an invitus, quum nil in notis monuerit; sed ne Paulssenius quidem quidquam diversitatis exhibet. Quidquid autem in codice scriptum, illud

certum, non temere ab antiqua forma recessurum fuisse poëtam in antiquissimo pariter atque celeberrimo praecepto, vid. Plat. Charm. p. 165. A., quod alii Pittaco alii Chiloni tribuunt, vid. Schol. ad Il. κ', 249. Iacobs. ad epigr. adesp. 508. Neque alibi in hac sententia, apud seriores etiam, ut Pallad. Anth. Pal. VII, 683. Agath. ibid. V, 299., depravatior forma adhibita. Haec monui propterea, quod nuper inter doctissimos viros de his ipsis formis publice disceptatum est. —

Mesomedes. Huius et qui sequitur Dionysii hymnus in Anthologia Palatina non habentur, sed edidit eos primus Gallilei, Florentiae 1581. ex Florentino codice cum antiquis notis musicis; postea Burette. in Mémoires de l'Acad. des Inscr. T. V. p. 235. auctiores ex Parisino codice; denique Fellius in appendice Arati Oxonii 1682. ex cod. in Hibernia reperto. In Analecta recepit eos Brunck. II. p. 292. et 253., ubi Iacobsius, cui haec omnia debeo, ceteros laudavit, qui interpretationem aggressi sunt, quibus adde Degenium in Anacreonteorum ed. cum vers. vernac. Strophas ego primus distinxi. — v. 1. *Νέμεσι*: de hac dea quid statuendum vid. apud Iacobsium; add. Klopferum in Nitschii lexico mytholog. Egent enim haec prolixiore disputatione. Verba *βίου ῥοπά* alio sensu adhibuit Sophocl. Oed. Col. 1508., de morte appropinquante. — v. 4. *ἀδάμαντι*, adiective, ut unice accipiendum in Theocr. β', 34. — v. 5. *ὕβριν δ'* ed. Oxon. — v. 7. *φθόνον* h. l. intelligo de despicientia illa, qua quis aliorum merita elevat sua extollendo. De deorum invidia propterea cogitari non posse puto, quod haec vix *μέλαινα* vocari potuit. — v. 9. *χαροπὰ τύχα*, *secunda fortuna*, seriorem prodit poëtam. — v. 10. Hunc versum cum duobus seqq. laudat Synesius epist. XCIV. p. 235., et hinc Suidas in v. *Νέμεσις* et in *ὑπὸ πῆχυν*, ambo *κρατεῖς* exhibentes pro *μετρεῖς*. — v. 12. *πῆχυν* manibus tenere et cur teneat Nemesis docent plura epigrammata, v. c. Stratonis 35., adesp. 155, 156. ap. Br. Dicit enim omnibus: *μηδὲν ὑπὲρ τὸ μέτρον*. — v. 13. *ὀφρὺν*: apertum esse puto hoc potius verbum interpreti deberi quam *κάτω*, quod Wunderlichius abesse maluit. — v. 14. *ζυγίον* reposui pro vulgato *ζυγὸν*, postulante versu, quod non de iugo cum Iacobsio, sed de lance intelligi arbitror. — v. 19. *σὲ* addidi versus caussa, quo ducebat optimi Parisini codicis scriptura in ultimo versu *ἀφαιρεῖς*, pro vulgato *ἀφαιρεῖ*, quanquam ne hoc quidem integrum esse metrum clare ostendit. Haec ultima autem, quomodo emendari debeant, alii videant; nam atticam formam *ἀφελεῖς*, etiamsi futurum defendi possit, huic poëtae inferre non ausim, praesertim quum omnino de sensu adhuc dubitari possit. Illud apparet Herderi explicationem, *mitigare Iustitiam Nemeseos severitatem et excelsioris ingenii homines nimio qui-*

dem, at honesti tamen studio abreptos et filiae suae et tartari poenis subtrahere, omni certo fundamento carere, quum aliunde tale quid comprobari nequeat. Equidem magis illuc inclino, ut tale quid fere poëtam dedisse putem: Νεμέσει φανεροῖς (φαίνεις, προφέρεις) κἀν Ταρτάρου, quod postremum ita ut ἐν ᾅδου positum. —

Dionysius. De editt. vid. supra ad Mesomedem. In Anal. habetur hic hymnus T. II. p. 253. Versus 1. — 6. Burettius demum adiecit. Ex antiquorum poëtarum ratione hic non Apollo sed Phoebus vel Helius celebratur mane surgens. — v. 1. Iacobsius comparat praeter alia Aristoph. Thesm. 39. sqq. — v. 7. χιονοβλεφάρου magis ipsi Phoebo quam aurorae convenit. — v. ἴχνεσι vulgo legebatur. — v. 11. ἀπείρητον cod. Paris. ἀπείρατον Oxon. — v. 13. πολυδέρκεα Oxon. — 16. ἀπήρατον Oxon., unde Blomfield. ad Aesch. Pers. in glossar. 620. ἀκήρατον coniecit. — v. 18. Pro ἄνακτα Heinrich. ad Musaeum p. 120. coniecit ἄτακτα, quod mihi non aeque placet atque Iacobsio, siquidem et ipse Luciani locus, quem Iacobs. affert de Saltat. c. 7. et multa alia obstant, quo minus ἀταξίαν huic choro tribuamus. Equidem coniecerim potius ἄνακτι, nam iis quae Elmsleius et Hermannus attulerunt ad Soph. Oed. Col. 1438., in quibus participium ita positum, hic locus defendi nequit; multo minus etiam ἄνακτα ad Ὄλυμπον pertinere potest. — v. 22. χρόνον Paris. et Oxon. Voc. ὥριος cum Meinekio ad Euphor. p. 126. explicandum *nocturnus*. — Qui huic carmini praemittitur hymnus in Musam veluti exordium huius videtur esse Iacobsio. —

Prodromus in dialogo qui inscribitur: Ἀμάραντος ἢ Γέροντος ἔρωτες, unde receptus inter Anacreonteorum plurimas editiones, quarum auctores partim ipsi nesciverunt, unde hoc carmen desumptum; vid. meam ed. Anacr. mai., ubi cetera quoque, quae ad rem criticam spectant, exposui. Prosodia est ea, qua vocales α, ι, υ pro lubitu aut corripiuntur aut producuntur; breviores versus vocantur οἶκοι, longiores κουκούλιον. Res haec est: Stratocles senex ducit formosam puellam: splendidae nuptiae; quum autem ad thalamum festinet sponsus, surgit ex conviviis Chaerephon comicus et hoc epithalamium exorditur. Verba ipsa omnia ita exhibui ut Du Theil in Notices et Extr. T. VIII. p. 125. —

Carmina incertae aetatis.

1) *Adespot.* Hoc carmen duplicium editorum curas experiri solet, Theocriti, quod huic tribuunt fere vett. mss., Anacreontis, quod externa forma Anacreonteis simillimum, neutri tamen scriptori iure tribui potest. Ipse pertractavi in Anacr. ed. mai. p. 213. sqq., ut hic brevi esse liceat. — v. 19. ἤψω C. Pal. — v. 28.

ἄγαλμα, quodcunque in suo genere praestantissimum, Ruhnk. ad Tim. p. 4. Eur. Hec. 564. Plat. Charm. p. 154, D. — v. 32. Ita cod. Pal. vulgo καὶ μεν κατεσίναζε. — 37. εἰ scripsi ex iis quae ad h. l. dixi in ed. mai., praesertim quum αἱ recc. editt. deberi videatur. — v. 44. Ita Cod. Pal., unde fecerunt fere κὰς ὕλαν, contra metrum, vid. ed. mai. —

Arion. Aelian. de N. A. XII, 45., unde recepit Brunck. in Analect. III. p. 327. (ap. Iacobs. I. p. 48.) Hermannus autem in commentt. ad Arist. Poët. p. 235. hunc hymnum ut praeclarum exemplum eorum carminum proposuit, quorum ornatus varietate et venustate constet, simulque multa et in numeris et in verbis egregie emendavit; nam antehac fere legi non poterant versus. Idem tamen vir summus ipse potissimum effecit, ut in numeris maxime nunc, i. e. post quinque lustra, plura rectius constitui potuerint. — Arioni qui tribuunt hoc carmen ante omnia credant necesse est fabulam de isto poëta, quam post Herodotum I, 24. sqq. narrarunt multi, quos laudat Harduinus ad Plin. IX, 8. p. 502., quibus Iacobsius addit Plutarchum T. II. p. 161. Equidem non is sum, qui talia credat, quanquam et oratio et numeri antiquiorem aetatem produnt. — v. 2. χρυσοτρίαινος pro χρυσοτριαίνης alibi vix obvium, sed ipsa forma, quum nihil habeat offensionis — comp. χρυσοπάρυφος ex παρυφή, χρυσόλογχος, χρυσόζωνος etc. — non erat quod Schneiderus in Lex. eam reiiceret, recteque Passovius rursus recepit. Hermannus, qui scripserat χρυσοτρίαινα, id nunc quidem, opinor, non facturus erat. — v. 3. ἔγκυμον ἅλμαν codd., unde Br. fecit — κυανοχαῖτα! Recte emendavit locum Hermannus. — v. 5. ἐν κύκλῳ cum uno cod. Medic. scripserant Brunckius et Hermannus, vulgo χορεύουσι κύκλῳ. — v. 6. σεισμῷ Hermanno debetur pro vulgato σεισμοὶ, quod Gesnerus mutare voluit in σειστοί τε. — v. 8. Valckenarii in Diatr. p. 289, C. propositam coniecturam ἔναλ' ἀθύρματα receperat Brunck., v. 17. Br. scripsit ἐπόρευσαν. — v. 13. Recte hic Brunck. emendavit vulgatum χορεύοντες, quod nimis insulsum. — 15. φῶτες δόλιοι Valckenario l. c. debetur pro vulgato φ. δ' ἔλιοι vel ἐλεῖοι. — v. 17. Hermannus dederat Brunckii mutationem ἁλιπορφύρου, quae Iacobsio quoque indice necessaria non est. — v. 18. ἔριψαν Hermannus dedit pro vulgato ῥίψαν ob suaviorem numerum. —

3.) *Ariphron*. Huius unicum quod superest carmen paeanis nomine servavit Athenaeus XV. p. 702, A.; duos primos versus laudant Maximus Tyr. diss. XIII. p. 229. et Lucian. pro lapsu c. 6., qui utrique auctoris nomen non addunt, sed ille ἀρχαῖον ᾆσμα, hic γνωριμώτατον ἐκεῖνο καὶ πᾶσιν διὰ στόματος apellat. Quaedam respexit etiam Plutarchus de fraterno amore T. II. p. 479, A. et de virt. mor. T. II. p. 450, B., qui

ipse quoque nihil de auctore monet ita ut unum Athenaeum habeamus, qui Ariphronem Sicyonium appellat, sed obiter modo in fine operis, ubi multa iam depravata et mutilata apparent. Atqui Sextus Empir. adv. mathem. p. 447, C. haec habet:
Λικύμνιος δὲ προειπὼν ταῦτα·

λιπαρόμματε μᾶτερ ὑψίστων θρόνων
σεμνῶν Ἀπόλλωνος βασίλεια ποθεινὰ
πραΰγελως ὑγεία·

ποῖον ὑψηλὸν ἐπιφέρει·

τίς γὰρ † ἢ † πλούτου χάρις
ἢ τοκήων ἢ τᾶς ἰσοδαίμονος
ἀνθρώπου βασιληΐδος ἀρχᾶς;
σέθεν δὲ χωρὶς οὔτις εὐδαίμων ἔφυ.

Quae si, ut videtur, statim deinceps cantata esse Sextus putavit, insignis libertas apparet, qua haec cantamina tractata fuerint, quum iisdem verbis alius aliam stropham pro libitu mutatam subiiceret; cf. supra ad Callistrati scolion nott. Iam vero, si ipsa verba canentium manus tantopere experiebantur, non mirum auctoris quoque nomen, iisdem fluctibus agitatum, diversissimum ad nos pervenire. Idem observare licebit in scolio ς, quod infra sequitur, Ὑγιαίνειν cet. Num igitur Sexto vel Athenaeo fidem habeamus? — Ista licentia autem, quae ad verba pertinebat, omittendo addendove magis quam vere mutando constitisse probabile est, ita ut quae in singulis verbis diversa habeat Sextus ab Athenaeo, forma ὑγεία, omissum prius ἢ, τοκήων et ἀνθρώπου librariis tribuenda videantur, praesertim quum τοκεῖς hic vix memorare potuerint [cf. tamen Eurip. Belleroph. fragm. XV.] et ἀνθρώποις longe elegantius sit quam ἀνθρώπου. Alia contra Sextus melius exhibet, quae in singulis memorabo. — Recepit totum carmen Brunck. et in Anacreontis editionem et in Anal. I. p. 159. et Ilgen. inter scolia p. 120., sed neuter numeros recte disposuit. — v. 1. σεῦ praebuit Lucianus, nam Athen. habet σοῦ. — v. 5. 6. Adverte haec interrogative proferri apud Sextum, cui congruunt Plutarchi verba l. c., qui negative ea profert. Deinde ἢ τᾶς scripsi cum Sexto, pro Athenaei τᾶς τ' ἰσοδ., quod editores tenuerunt; fluxam sedem enim illud τ' in Athenaei libris habet; denique ἀνθρώποις tuetur etiam Plutarchus. Verba ἰσοδαίμων ἀρχά apte comparantur cum ἰσόθεος τυραννίς Eur. Troad. 1169. — v. 12. Maiuscula littera scribe Χαρίτων. — v. 13. ἔφυ e Sexto addendum putavi, ut numerus iustum finem habeat. — Cum hoc carmine compara Orphicum hymn. 68., et vide an Aristophanes in avv. 604. nostrum carmen in mente habuerit. —

Hybrias. Athen. XV. p. 695, F. et inde Eustath. ad Od. η, 125. Recepp. Brunck. in Anal. I. p. 159. Ilgen. scoll. p. 102. Antistrophicam rationem aperuit Grotefendius ap. Schweigh.

numeris tamen non satis perspectis, quos Hermannus demum indicavit in Elem. metr. p. 463. — v. 3. Aptissime his confert Iacobsius Arhilochi versus ap. Ath. I. p. 30, F. ap. Gaisf. fragm. 45. ἐν δορὶ μέν μοι μᾶζα μεμαγμένη, ἐν δορὶ δ' οἶνος Ἰσμαρικός· πίνω δ' ἐν δορὶ κεκλιμένος. — v. 4. ἀπ' ἀμπέλω; ita correxerunt pro ἀμπέλων; Eustath. habet ἀμπέλου. — v. 5. δεσπότας μυοίας vulgo; μυοίας omittunt epitom. et Eustath. — v. 6. τολμῶντες vulgo, quod correxit Herm. — v. 7. πρόβλ. χρ. omittit hic solus Eustath. — v. 8. πεπτηότες ἐμὸν vulgo ap. Ath. πεπτηῶτες Eustath. De re ipsa fuse disseruit Ilgenius, qui coniunctim scripsit γουνυπεπτηότες. — v. 9. Ita scripsit Hermannus, lacuna indicata, pro vulgato κυνέοντι δεσπόταν, uti paullo post βασιλῆα pro βασιλέα. Haec omnia igitur dedi secundum Hermannum l. c. Sed fateor, consideranti mihi voc. μνοίας in Epitom. et Eust. plane abesse, μνωΐας autem ne Athenaeum quidem habere; deinde correptionem ante μν etiam post ea, quae postremo hac de re monuit Hermannus ad Eur. Bacch. 73. — videtur enim hoc nonnisi in certis quibusdam vocabulis obtinuisse — certe dubiam esse; denique hanc antistrophicam legem, ut eadem verba, ubi recurrant in antistropha, iisdem locis ponantur, in hoc scolio maxime conspicuam, in vocabulo δεσπόταν quoque observari debuisse, fateor inquam postremos utriusque strophae versus alio modo emendandos videri. Etenim respiciens ad otiosa illa ἀπ' ἀμπέλω, quibus ex vulgata scriptura nihil in antistr. respondet, simulque transpositionem in huiusmodi citatis aliquanto saepius locum habere ratus, hos versus ita *fere* scriptos esse putaverim:

τούτῳ πατέω τὸν ἁδὺν οἶνον,
τούτῳ κέκλημαι δεσπότας.
μέγαν βασιλῆα φωνέοντι,
καὶ προσκυνεῦντι δεσπόταν.

Ἀδέσποτα Σκόλια. Haec undecim scolia leguntur cum aliis minoris pretii apud Athenaeum L. XV. p. 694. sq.; quae post Stephani, Leopardi, Adriani Iunii, Klotzii aliorumque curas recepit Brunckius in Anal. I. p. 154. sqq., sed omni numero soluta et misere depravata. Postea Iacobsius interpretationem maxime adiuvit ad Anthol. T. VI., sed optime de scoliis meruit Ilgenius, qui in celeberrimo opere de scoliorum poësi a. 1798. de ipso nomine, argumento et numeris copiose disseruit, quorundam tamen metro non satis perspecto, et scolia quae exstant omnia edidit, quibusdam additis, quae non sunt scolia. Ipsius Athenaei editor Grotefendii iuvenis et Fiorilli immatura opera usus est. Denique Hermannus, qui in libro de Metris iam plura emendaverat, emendatiora pleraque omnia dedit in Elem. metr. p. 672. et 694. sq., unde paucis qui-

busdam mutatis, aliisque additis, descripsi. De scoliis etiam nuper quaedam monuit Welckerus in prol. ad Theognid. p. XCVII. —

Scol. β'. Hermannus: Δήμητραν, etiam in epitome p. 238., quod contra libros certe ponendum non erat; cf. Matth. Gram. p. 174. ed. noviss. στεφανηφόροι ὧραι ut in Anacr. od. νγ', 1. στ. ηρ., *anni tempus quo coronae gestantur*, posset etiam active intelligi, praesertim ut paroxytonon, *anni tempus quod affert coronas*, uti ἀγὼν, νίκη et alia huiusmodi στεφανηφόροι dicuntur. Iacobsius voluit scribere σὺν Ὥραις. Voculae σέ τε primo ex editt. coniectura positae, postea cod. A. confirmatae sunt. —

Scol. γ'. Invitus opinor scripsit Hermannus παῖδα pro τέκνα. Ilgenius dedit Ἀπόλλω. —

Scol. δ'. Βρομίαις = τῷ Βρομίῳ παρακολουθούσαις. — γελάσειας pro vulgato γελασίαις emend. Herm. cum Valck. Phoen. 84. Talia γελάσειας — κεχαρημένος non reformidant ne comptissimi quidem poëtae: Sophocl. Antig. 334. sqq. πέραν χωρεῖ — περῶν. —

Scol ε'. Verba τὸν νοῦν illis ὁποῖός τις ἦν ἕκαστος apposita sunt. De sententia cf. Eur. Hippol. 938. et Valck. 925. —

Scol. ς'. Celeberrimum hoc scolion praeter Athenaeum habent etiam brevius uberiusve Plato Gorg. p. 451, E. de legg. I. p. 631, C. II. p. 661, A. Lucian. pro laps. §. 6. Stobaeus Flor. p. 552. Clem. Alex. IV. p. 483. et inde Theodoret. Serm. II. p. 63. Ac schol. Luciani, Clemens et Theod. tribuunt illud Simonidi; Stobaeus Scleriae; schol. Platonis Epicharmo. Quos omnes halucinari ostendit longe antiquior Anaxandrides ap. Athenaeum l. c., cuius versus infra posui, et ipse Plato modestior: ὁ ποιητὴς τοῦ σκολιοῦ. Verba καλὸν φυὰν Grotius de ingenii dotibus accepit, quae voce ὑγιαίνειν potius comprehenduntur. Anaxandrides comicus igitur in Thesauro de hoc scolio ita sensit:

Ὁ τὸ σκόλιον εὑρὼν ἐκεῖνος ὅστις ἦν,
τὸ μὲν ὑγιαίνειν πρῶτον ὡς ἄριστον ἦν,
ὠνόμασεν ὀρθῶς· δεύτερον δ' εἶναι καλὸν,
τρίτον δὲ πλουτεῖν, τοῦθ', ὁρᾷς, ἐμαίνετο.
Μετὰ τὴν ὑγίειαν γὰρ τὸ πλουτεῖν διαφέρει·
καλὸς δὲ πεινῶν ἐστιν αἰσχρὸν θηρίον.

Scol. ζ'. Ut supra Callistrati Ἁρμόδιος, ita hoc Τελαμὼν appellatum. Memoratur iam Theopompo ap. Ath. I. p. 23. et Antiphani ibid. XI. p. 503. Quod v. 2. et 4. καὶ Ἀχιλλέα contra veterum hac de re consensum scriptum erat, id in μετ' Ἀχιλλέα mutatum a plurimis editt. Sed quum Aiax quoque ὄφρ' Ἀχιλεὺς μήνιεν Il. β', 768., fuit ὁ ἄριστος, neque verba Τελα-

μῶνα πρῶτον in mutata scriptura aptum sensum praebeant, antiquam scripturam me revocasse mallem. —

Scol. η'. Hoc legitur etiam apud Dion. Chrys. Or. II. p. 95., sed et hic sine nomine. Itaque accidit ei, quod multis aliis, ut inter Anacreontis fragmenta referretur a Barnesio et Fischero. —

Scol. ι'. Huius scolii, cuius prior versus legitur Aristoph. Vesp. 1238. auctor habitus aliis Alcaeus, aliis Praxilla, aliis Sappho. —

Ἐρωτικόν. Meinekius ad Euphor. p. 10. de Chalcidensium paederastia disputans hoc protulit ex Plutarch. Amat. p. 761., et versus disposuit. Idem docuit πατέρων de parentibus dici. De ἀνδρείᾳ cf. Phaedimi fragm. supra positum. —

Χελιδόνισμα. Athen. VIII. p. 360, C. Priorem partem emendavit Hermannus El. metr. p. 461. sq. De universo hoc genere carminum egit Ilgenius in opusc. phil. I. p. 129. Hodie quoque pueros in Graecia mendicantes huiusmodi cantilenis uti discimus ex iis quae protulerunt Faurielius et Guil. Müllerus, vid. diarium: Blaetter für litterar. Unterhaltung, a. 1826. n. 105. 106. Athenaeus l. c. εἶδος δέ τι τοῦ ἀγείρειν χελιδονίζειν οἱ Ῥόδιοι καλοῦσιν, ὃ γίνεται τῷ Βοηδρομιῶνι μηνί. Etenim ut alii cornicem, ita hi hirundinem ostendebant, huic quasi se stipem colligere festive simulantes.

METRORUM EXPOSITIO.

Carminum, quae hoc libello continentur, scripta sunt alia *κατὰ στίχον*, alia *κατὰ σύστημα*, alia cum grammaticis *κοινὰ γενικὰ* appellare licet. —

I. *Κατὰ στίχον.* Huc pertinent ex Anacreonteis, quae dicuntur, ea omnia, in quibus nullas strophas distinxi; deinde Archilochi α′, β′, γ′, δ′, ε′; Alcmanis α′ et fortasse ε′; Alcaei β′, γ′, δ′; Sapphus fortasse ς′, η′; Anacreontis fortasse η′, ι′, ιε′, ις′; Ibyci fort. δ′; Hippocratis, Ananii, Sotadis, Babrii et Alphei omnia; denique adesp. in Adonidem.

His statim adiungamus *τὰ κοινὰ γενικὰ*, h. e. quae strophis quidem constant, sed iis, quae alio quam metri indicio cognoscuntur, vid. Herm. El. metr. p. 674., et nos in prol. ad Anacr. p. 23. sq. Ea sunt ex Anacreonteis haec: α′, β′, γ′, η′, ι′, ια′, ιδ′, ιζ′, ιθ′, κβ′, κε′, κς′†, κη′, λ′, λε′ et alia quaedam, quorum tamen incertior ratio est propter interpolationem. —

Versu, qui proprie dicitur Anacreonteus, h. e. iambico dimetro catalectico:

⏓ —́ ⏑ — ⏑ —́ ⏓

scripta sunt Anacreontea haec: α′, γ′, ε′, ς′, ζ′, η′, ϑ′, ι′, ια′, ιβ′, ιγ′, ιδ′, κα′, κβ′, κγ′, κδ′, κε′, κς′, κς′†, λγ′, λδ′, μς′ (prior pars) et cum maiore licentia (⏓ —́ ⏑ — ⏓ —́ ⏓) νζ′. —

Versu altero Anacreonteo, qui per anaclasin ex dimetro ionico a minore factus, ipsis dimetris ionicis passim intermixtis:

⏑ ⏑ —́ ⏓ —́ ⏓ —́ ⏒

⏑ ⏑ —́ — ⏑ ⏑ —́ ⏒

scripta sunt Anacreontea haec: β′, ιε′, ις′, ιζ′, κδ′†, κζ′, κζ′†, κη′, κθ′, λ′, λα′, λβ′, λε′, λς′, μα′, μβ′, μγ′, νγ′, νδ′, νε′, νς′, νη′, νθ′ et ex ipsius Anacreontis fragmentis haec: η′ et ιε′. —

Meris ionicis dimetris constat Anacreontis fr. ι', et contracta priore anacrusi Anacreonteum ιθ'. —

Porro trochaico tetrametro catalectico:

— ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ —

scripta *Archilochi* α', β', γ', δ'. — Iambico trimetro:

⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ —

Archilochi ε'. — Dactylico tetrametro acatalecto:

— ⏑⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑

Alcmanis α'. — Cretico hexametro catalectico:

— ⏑ — — ⏑ — — ⏑ — — ⏑ — — ⏑ — — —

Alcmanis ε'. — Choriambico tetrametro catalectico cum basi:

. . . . — ⏑ ⏑ — — ⏑ ⏑ — — ⏑ ⏑ — ⏑ —

Alcaei β', γ', δ'; *Sapphus* η'; *Scolion* θ', ι'. — Eodem sine basi *Anacreontis* ιϛ'. — Choriambico dimetro cum anacrusi:

⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏓

Sapphus ϛ'. — Iambico trimetro claudo:

⏓ — ⏑ — ⏓ — ⏑ — ⏑ — — ⏓

Hipponactis et *Babrii* omnia. — Trochaico tetrametro claudo:

⏕ ⏑ — ⏓ ⏕ ⏑ — ⏓ — ⏑ — ⏑ — — ⏓

Ananii fragmentum. — Sotadeo:

— — ⏑ ⏑ — — ⏑ ⏑ — — ⏑ ⏑ — ⏓

Sotadis α', β'. Sed huius versus et arses omnes praeter ultimam solvuntur saepe, et singuli pedes ionici cum hisce formis permutantur: — ⏑ — ⏓, — — — ⏑, — — ⏑ —, et primus quisque praeterea cum his: ⏑ ⏑ — —, ⏑ ⏑ — — ⏑, et secundus cum hac: — — —. — Denique phalaeceo hendecasyllabo:

. . . . — ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ — —

Alphei fragmentum scriptum est. —

II. *Κατὰ σύστημα.* Ac primo quae sunt indubie *monostrophica.* Inter Anacreontea illa stropha maxime frequen-

tatur, quae fit ionico dimetro puro certa sede collocato, in odd. μ', μδ', μζ', ν', να' et ipsius Anacreontis odd. β', γ'. Deinde logaoedico pluribus Anacreonteis in fine subiecto, odd. με', νβ'; porro dimetris acatalectis iambicis inter catalecticos positis od. μγ'; denique memorabilis ex pherecrateis inversis, legitimis et Anacreonteis versibus constans stropha, od. μθ', de qua vid. ed. mai.; postremo stropha ex logaoedicis versibus composita, od. κ'. —

Ex ceteris simplicissima illa est, quae fit trochaico catalectico post plures acatalectos posito, *Anacreontis* α', *Timocreontis* β'. —

Ex iambici et dactylici numeri iunctura deinde facta est stropha haec:

⏓ – ⏑ – ⏓ – ⏑ – ⏓ – ⏑ –
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –

Archilochi ϛ' et logaoedico altero *Phaedimi* fragm. — Ex trochaicis autem et dactylicis prodierunt haec:

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏓
⏑ – ⏑ – – | – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏓

et haec:

– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – –
⏓ – ⏑ – ⏓ – ⏑ – ⏑ – ⏑

Simonidis ε', ϛ' et *Sapphica* quae dicitur:

– ⏑ – ⏓ | – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏓ ter repet.
– ⏑ ⏑ – ⏓

Sapphus β', γ', δ' et *Melinnus*. — Et artificiosior *Alcaica*:

⏓ – ⏑ – ⏓ | – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏓ repet.
⏓ – ⏑ – ⏓ – ⏑ – ⏓
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏓

Alcaei α', ζ', η', θ', *Sapph.* α', *Scol.* ια'. — Et amplior etiam haec:

.. .. — ◡ ◡ — ◡ — ◡ — ◡̄ repet.

◡ ◡ — ◡ — | — ◡ ◡ —

— ◡ ◡ — ◡ — — ◡ ◡ — ◡ ◡̄

Callistrati et *Scolia* α', β', γ', δ', ε', ϛ'. — Et haec:

.. .. — ◡ ◡ — ◡ ◡ — ◡ — ◡̄ repet.

— ◡ ◡ — ◡ ◡ — ◡ — ◡̄

◡ ◡ — ◡ — ◡ — ◡ ⏓

Alcaei ϛ'. —

Porro dactylicis versibus ita ut catalectici cum acatalectis alternent constant *Alcmanis* γ', δ' et *Ibyci* γ'. Et Alcman quidem in media oratione longiores suas strophas finivisse videtur, post verba δᾶμος et θεῖσα. —

Ex choriambis cum basi et iambis, nexis versibus, composita est haec stropha:

.. .. — ◡ ◡ — ◡ —

.. .. — ◡ ◡ — ◡ —

◡ — ◡ —

Alcaei ε', quam uno versu scribere mavult Herm. El. metr. p. 437.; et *sine basi* haec:

— ◡ ◡ — — ◡ ◡ — {— ◡ ◡ — / ◡ — ◡ —} ◡̄ — ◡ ⏓ repet.

◡̄ — ◡ — ◡̄ — ◡ —

Anacreontis ε', altera pars. Ex glyconeis subiuncto pherecrateo compositas strophas saepius usurpavit Anacreon, ϛ', θ', ιβ', ιζ', ita ut fragm. ια' quoque rectius distingueretur in hasce strophas:

.. .. — ◡ ◡ — ◡ —

.. .. — ◡ ◡ — ◡̄

Sed fragm. δ' et ζ', iisdem versibus composita, sunt κοινὰ κατὰ σχέσιν, i. e. pluribus modis distingui possunt, vid. prol. ad ed. mai. —

Agmen monostrophicorum claudat ithyphallicum, p. 66., quod ex iambicis trimetris et ithyphallicis versibus constat:

⏓ –́ ⏑ – ⏓ –́ ⏑ – ⏓ –́ ⏑ –

–́ ⏑ – ⏑ – ⏑

Sequuntur B. *Antistrophica.* Ex epitritis et dactylis composita est haec Pindaricis simillima stropha:

⏓ –́ ⏑ –́ – –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –́

⏓ –́ ⏑ –́ – –́ ⏑ –

–́ ⏑ –́ – –́ ⏑ –

⏓ –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –́ | ⏓ –́ ⏑ –́ –

–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –́ | ⏓ –́ ⏑ –́ ⏒

–́ ⏑ –́ – –́ ⏑ –́ – –́ ⏑ ⏒

Bachylidis γ'. — Ex trochaeis et dactylis haec:

–́ ⏑ – ⏓ | –́ ⏑ –́ ⏑ ⏑ – ⏑ –

–́ ⏑ ⏑ – – –́ ⏑ –́ ⏓ –́ ⏑ – ⏓

⏓ –́ ⏑ ⏑ –́ ⏓ – ⏑ – ⏓

⏓ –́ ⏑ ⏑ – ⏑ | –́ ⏑ –́ ⏑ ⏑ – ⏑ –

–́ ⏓ –́ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑

vel ut equidem postremos versus scribendos puto:

⏓ –́ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑

⏓ –́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ –

Hybriae scolion p. 76. — Deinde anapaesticos logaoedicos et catalecticos, quos recentiores saepius usurpare notum est,

⏓⏓ –́ ⏓⏓ – ⏑ ⏑ –́ ⏑ –

⏓⏓ –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –́ –

Mesomedes in hymno p. 70. ita alternavit, ut duobus logaoedicis primo duos, deinde unum catalecticum subiiceret, epodo, ut videtur, adiuncta, quae meris logaoedicis constat, nisi postre-


mus fortasse catalecticus fuit. — Denique illud quoque, quod negligentiore prosodia ex his versibus:

concinnavit Prodromus p. 72., antistrophicum videri potest. — Ludibundi ex antistrophicis *antithetica* fecerunt, carmina in quibus versus primus ultimo, secundus penultimo etc., medii sibi invicem respondent. Horum speciminis caussa *Simmiae* unum posui ex choriambicis catalecticis, cuius singuli versus decrescunt et crescunt uno choriambo. —


Aliud genus eorum quae sunt κατὰ σύστημα sunt illa quae vocantur κατὰ περικοπὴν ἀνομοιομερῆ, cuius generis esse videri potest *Timocreontis* α΄, ex epitritis et dactylicis numeris compositum hoc modo:

Sed posset hoc etiam ἀλλοιόστροφον appellari, ad ἀπολελυμένα ut pertineat. Idemque fere valet de aliis quibusdam, quae an monostrophica vel antistrophica etc. fuerint, aut si fuerint, an integram stropham habeamus, propter brevitatem suam certo


dicere non patiuntur. Huc pertinet primo ex dactylicis et trochaicis vel iambicis numeris compositum hoc:



Alcmanis β', in cuius v. 4. dubitari potest, an verbi ὀρεσκῷοι penultimam correptam voluerit poëta. Deinde in hoc iambico:



Sapphus ε' etiam quattuor versiculi simplicem et duplicem anacrusin alternantes legi possent. Verisimilius iam stropha fuit hoc dactylicum cum anacrusi saepe praemissa:



Stesichori α'. — Et hoc sine anacrusi:

—́ ∪ ∪ — ∪ ∪ —́
—́ — — ∪ ∪ —́ ∪ ∪ — ∪ ∪ —́ ∪ ∪ — ∪ ∪ —́ ⏓
—́ ∪ ∪ — ∪ ∪ —́
—́ — — ∪ ∪ —́ ∪ ∪ — ∪ ∪ —́ ∪ ∪ — ⏓
—́ ∪ ∪ — ∪ ∪

Stesichori β'. — Et hoc ex trochaicis et dactylicis:

∪ —́ ∪ — — | —́ — — ∪ ∪ —́ ∪ ∪ —
— —́ ∪ ∪ — ∪ ∪ —́
∪ —́ ∪ — — | —́ ∪ ∪ — ∪ ∪ —́ ∪ ∪ —
∪ ∪ —́ ∪ ∪ — | —́ ∪ ∪ — ∪ — ∪

Pittaci p. 50. — Et hoc ex similibus numeris:

∪ ∪ —́ ∪ ∪ — ∪ ∪ —́ ∪ ∪ —
— —́ ∪ ∪ — — —́ ∪ ∪ —
— —́ ∪ — ∪ —́ ∪ — —
—́ ∪ ∪ — ∪ ∪ —́ ∪
—́ ∪ — — | ∪ —́ ∪ — —

Solonis p. 51. — Et hoc ex similibus, magis tamen logaoedicis:

— —́ ∪ ∪ — ∪ — ∪
—́ ∪ ∪ — ∪ ∪ —́
— —́ ∪ ∪ — ∪ —
—́ — — ∪ ∪ —́
—́ ∪ —́ ∪ ∪ —
—́ ∪ — ∪ —́ —

Biantis p. 51. — Et hoc choriambico cum basi:

‥ ‥ –́ ∪ ∪ – ∪ –́

‥ ‥ – ∪ ∪ – –́ ∪ ∪ – –́ ∪ ∪ – ∪ –́ ∪

Anacreontis ιδ'. — Et hoc ex choriambicis, glyconei formam saepe habentibus, et creticis cum epitrito:

‥ ‥ – ∪ ∪ – ∪ – ∪

‥ ‥ – ∪ ∪ – ∪ –

‥ ‥ – ∪ ∪ – ∪ – ∪

‥ ‥ – ∪ ∪ – ∪ –

–́ ∪ ∪ – –́ ∪ ∪ – ∪ –́

∪∪ ∪ – –́ ∪ – | –́ ∪ –́ – –́ ∪ –

[–́ ∪] – ∪ –́ ∪ –

∪ –́ ∪ ∪ – ∪ –

Bacchylidis β'. — Et hoc ex epitritis et dactylis:

– –́ ∪ –́ – | –́ ∪ ∪ – ∪ ∪ –́

– –́ ∪ –́ –

– –́ ∪ –́ – | –́ ∪ ∪ – ∪ ∪ –́

–́ ∪ –́ – –́ ∪ –́ – –́ ∪ –

Bacchylidis ε'. — Et hoc ex eiusdemmodi numeris:

–́ ∪ ∪ – ∪ ∪ –́ – | –́ ∪ ∪ – ∪ ∪ –́


–́ ∪ –́ – –́ ∪ –

–́ – – ∪ ∪ –́ ∪ ∪ –


– –́ ∪ ∪ – ∪ ∪ –́

–́ ∪ –́ – –́ ∪ –


Bacchylidis ς'. — Et hoc ex eiusdemmodi numeris, cum trochaeo semanto v. 5.:




Bacchylidis (?) ζ'. — Et hoc ex dactylicis, aut puris aut logaoedicis, numeris compositum:




Ibyci α', quanquam in his nexis plerumque versibus nescio an melius priores syllabae vocis μανίαισιν praecedenti versui adiiciantur, quo facto etiam ἀζαλέαις quattuor syllabas recuperat, quod nunc trisyllabum esse apparet. — Denique hoc ex dactylis puris uno choriambo v. 7. inserto, cuius initium et finis mutilus:




Ibyci β'.—Denique sequuntur ea quae vere ἀκολελυμένα haberi possunt. Primo hoc, in quo ipse Dionysius, qui servavit, nullam, neque stropham neque antistropham neque epodum reperire potuit:





Simonidis α'.—Deinde hoc:



Simonidis β'. — Deinde hoc:

—́ — — ⏑ ⏑ —́ —
—́ ⏑ ⏑ — —́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑
— —́ ⏑ ⏑ — —́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —́
⏑ ⏑ —́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —́ ⏑ ⏑ —
— —́ ⏑ ⏑ — ⏑ —́
⏑ ⏑ —́ ⏑ ⏑ — — —́ ⏑ ⏑ —

Simonidis γ'.—Deinde hoc:

⏑́⏑́ ⏑́⏑ —́ ⏑ ⏑ — ⏑ — —
—́ ⏑ — ⏑ —́ ⏑ — ⏑ —́ ⏑ — ⏓
— —́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —́ — — —
⏑ —́ ⏑ ⏑ — ⏑
—́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ —
⏑́⏑ ⏑́⏑ —́ ⏑ —́ ⏑ ⏑ —
⏑ —́ — | —́ ⏑ ⏑ — —́ ⏑ ⏑ —
⏑ ⏑ —́ ⏑ — —́ —
⏑ —́ ⏑ — | —́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑
⏑́⏑ ⏑́⏑ —́ ⏑ ⏑ — ⏑ —
—́ — — ⏑ ⏑ —́ ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ — —
—́ — — ⏑ ⏑ —́ ⏑ ⏑ —

Simonidis δ'.—Et hoc:

— —́ ⏑ —́ — —́ ⏑ —́ — —́ ⏑ ⏑ —
—́ — —́ ⏑ ⏑ —́ —́ ⏑ —́ —
—́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —́ ⏑ ⏑ — —

⏑ —́ ⏑ — ⏑ —́ ⏑ —
— —́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —́ — | ⏑ —́ ⏑ — —
—́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —́ — | —́ ⏑ — — —́ ⏑ —
—́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —́ ⏑ — —́ ⏑ —
—́ ⏑ — — —́ ⏑ ⏑ — —
— ⏑́⏑ ⏑ — — —́ ⏑ ⏑⏑ — | —́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —́ —
—́ — — ⏑ ⏑ —́ — — ⏑ ⏑
—́ ⏑ —́ — —́ ⏑ —́ — | —́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —́
—́ ⏑ —́ — —́ ⏑ —
—́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ — —
—́ ⏑ — — —́ ⏑ — —

Bacchylidis α'. — Deinde hoc:

⏑ ⏑ —́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —́ ⏑ — —
— —́ ⏑ —́ — —́ ⏑ —
—́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —́ —
—́ ⏑ —́ — | —́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —́ —
—́ ⏑ —́ — | —́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —́ —
—́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —́ —
⏑́⏑ ⏑́⏑ —́ ⏑ ⏑ — — —́ ⏑ — —
⏑́⏑ ⏑́⏑ —́ ⏑ ⏑ — — —́ ⏑ — —
—́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑
—́ ⏑ —́ — —́ ⏑ —́ — —́ ⏑ —
—́ ⏑ —́ — —́ ⏑ ⏑ — — —́ ⏑ ⏑ —

—́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —́

— —́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —́

—́ — — ⏑ ⏑ —́ ⏑ ⏑ —

— —́ ⏑ —́ — | —́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —́

— —́ ⏑ —́ —

—́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —́ —

—́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —́ —

—́ — — ⏑ ⏑ —́ ⏑ ⏑ —

⏑ —́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —́ —

—́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —́ ⏑ — —

Aristotelis p. 65.—**Et hoc:**

— —́ ⏑ —

—́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —́ ⏑ ⏑ — —

— —́ ⏑ — —́ ⏑ ⏑ — —

⏑́⏑ ⏑́⏑ —́ ⏑ ⏑ — ⏑ — —

— —́ ⏑ —́ — —́ ⏑ —́ — —́ ⏑ ⏑ —

—́ ⏑ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —́ ⏑ ⏑ — — —́

— —́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —́ —

— —́ ⏑ | ⏑́ ⏑ ⏑ —́ ⏑ ⏑ — —

— —́ ⏑ — ⏑ —́

—́ ⏑ — ⏑ —́ ⏑ — —

— —́ ⏑ ⏑ — —́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —́

— —́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —́ ⏑ ⏑ — —

— —́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —́ ⏑
⏑́ ⏑ ⏑ — — —́ ⏑ —
— —́ ⏑ — ⏑ —́ ⏑ — — —́ ⏑ ⏑ —
—́ ⏑ ⏑ — ⏑ —́ ⏑ ⏑ —
⏑́⏑ ⏑́⏑ —́ ⏑ ⏑ — ⏑ —
— —́ ⏑ — —

Arionis (?) p. 75.—**Denique hoc, quod Ariphroni tribuunt:**

⏑ ⏑ —́ ⏑ — — | —́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —́
— —́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —́ ⏑ ⏑ —
⏑ ⏑ —́ ⏑ — ⏑ —́ ⏑ — —
— —́ ⏑ — — —́ ⏑ —
—́ ⏑ ⏑ — — —́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑
—́ — — ⏑ ⏑ —́ ⏑ ⏑ — —
—́ ⏑ — | —́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —́ —
—́ ⏑ — — —́ ⏑ —
—́ ⏑ — — ⏑́⏑ ⏑ — — —́ ⏑ — —
—́ ⏑ — —́ ⏑ — ⏑ — —
⏑ ⏑ —́ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —́ ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑
—́ — — ⏑ ⏑ —́ ⏑ —
⏑ —́ ⏑ — ⏑ —́ ⏑ — — —́ ⏑ —



